De re iudi. l. nā ita diuus. ff. de adop. cū in finitris si. Et tñ tene mēti duos casus not. in quibus vs examinatio testiū parte non citata: primus est vbi nō recipiunt testes in causa naufragij vel periculi in partib⁹ longinquis vel remotis: nā tunc valet talis examinatio sine citatide patris: ita dicit Bar. in. l. h. C. de naufra. li. ij. et Joā. de ana. in. c. excoicationi. in antepe. colū. extra. de rapro. alius est casus vs vbi lex in aliquo actu nō erigit plenā probationē sed contentatur solis articulis vel adminiculis: nā tñ in tali casu possent recipi testes parte nō citata. ita sing. dicit Domini cus post hosti. in. c. pro humani. §. si. in antepe. col. de homi. lib. vj. pro quo facit in simili qd dicit Ang. in. l. si. C. de testi. alios etiaz casus in quibus valet dictum testis parte nō citata ponit Lud. roma. singulari suo fm ordi. meum. cclxvj. incip. vnus ex nobis et. sed non ponit istos. Sed ego vltra Lud. roma. in. d. singulari posui qplures alios in repe. mea. l. si. C. de proba. in. 37. char. vbi videas. et vide etiam in sing. 30. incipi. tu scis et.

25. ¶ Papa non pōt auferre ius tertij et ei p̄iudicare sine iusta causa nisi apponat clausulā nō obstante. l. quoties. et l. rescripta. C. de p̄ci. impe. offe. ita habetur in. d. l. legibus. et in. c. q. in ecclesiarū. de cōsti. et in. l. si priuatus. ff. qui et a quibus. et in. l. roties. ff. de policita. et in. l. si. C. si contra ius vel vti publi. hoc tñ fallit vbi papa dispensat in his in quibus h̄s liberā administrationē vt puta in beneficiis in quibus h̄s plenitudinē potestatis liberā administrationem. vt in de. prima. ad si. vt lit. pen. nā in illis pōt auferre iustertij et ei p̄iudicare sine clausula nō obstante. ita no. dicit do. Ant. et post eū Jo. de imo. in. d. c. q. in ecclesiarū. de cōstit. et in. d. cle. j. vt lite pet. et in. c. h. de preben. in. vj. quos refert et sequit do. Alex. in cōsi. suo. lxxxvij. incip. visis codicillis. in vlt. col. in. h. volu.

26. ¶ Et ex forma statuti vel instrumēti ad instantiā creditoris capi possit debito nulla precedere citatione: tñ hoc vnq̄ fieri potest ad instantiam cessionarij qz p̄i de cessione discuti opz citato debito: ita not. inquit Bald. in. l. per diuersas in. r. q. C. mandari. vbi allegat no. per Inn. in. c. qz p̄o. de iudi. qd dicitur refert et sequitur do. Alex. in cōsi. suo. lxxx. incip. visis p̄cessibus in. iij. colum. et in. cōsi. ccccxiij. in.

cipi. visis narratis in themate et c. in. h. colum. et Lud. ro. in cōsi. suo. cxiij. incip. qd cessionarij et c. circa si. pro quo dicto dico qz optime faciunt dicta per Bald. in. l. j. in si. verbis. C. de iur. et fac. igno. et ego alias hic bononie in foro mercantie practicaui hanc doctrinam in quadaz litera cambi in causa satis vrgenti.

27. ¶ Juramentū in supplementū probationis non defertur in causis magne quantitatiz vt tenent doc. in. l. in bonis dei. C. de rebus cre. et in. l. admonendi. ff. de iureiur. et si istud limitatur nisi ex parte actoris esset plusq̄ semiplene probatus qz tñ etia si causa sit magne quantitatiz potest deferri iuramentū in supplementū probati. Ita not. dicit Abba. in. c. mulieri circa. x. col. de iureiur. per id qd habet in. c. fin. §. si. eo. tit. quod dictū refert et sequitur do. Alex. in cōsi. suo. cxxij. incip. viso processu in. iij. c. colū. vbi dicit quod hoc etiam fuisset de mente hosti. in summa de iureiur. et Arch. in. c. vriles. et primo. in si. xvij. q. j. et dicit qd hoc voluit Bal. in. d. l. in bonis dei. et Sal. in. d. l. admonedi. circa pe. col. et Lud. ro. ibi post mediū in. h. in eadem ibi et in. delictis et c.

28. ¶ Emphiteota alienas rē emphiteoticam irrequisito dñio cadit a iure suo: vt habetur in. l. si. C. de iure emphi. nisi esset nulla talis alienatio: qz tunc non cadent a iure suo: vt voluit Bal. in. l. h. C. de epif. audi. in. h. colum. istud tñ limita. sing. nō habere locū in emphiteota alienatā partem suam in aliū emphiteotam irrequisito dñio: qz tunc non cadit a iure suo: ita t̄z Bar. et Ang. in. l. domus. ff. de lega. primo. et in. l. cum bi. §. si vni. ff. de transac. h̄ hoc indecisum relinquerit Bar. in. l. pater in. §. qm̄. ff. de leg. iij. et idē t̄z do. Alex. in cōsi. cxxxvij. incip. viso et mature et in. iij. colum. in. h. volu.

29. ¶ Statuta laicorū in p̄iudiciū clericorū non valent. c. si. de immu. ecclesiarū in. vj. Bart. in. l. prima. ff. de his q̄ p̄e. noie doc. in. l. j. ff. de in ius vocan. cum infinitis si. Et ideo tene mēti qz si statuto cauetur qz solutio debiti non possit probari p̄ testes: tñ non ligabitur clericus volens debitum probare per testes etiam si causa tractetur in curia seculari: ita not. dicit Joan. calde. in disputatione sua incip. statuto ciuitatis cauetur. et per. de anch. sequendo eum in repe. c. ca que in si. de res.

sur. in. vj. quos refert et sequitur do. Alex. in cōsi. cix. inci. ponderatis his in pen. col. in. h. vol. de quo latius dixi in repe. ru vice. ff. de fideiur. in. xv. char. vbi videas: quia posui ibi qplura priuilegia clericorū.

30. ¶ Tu scis regulam illam generalem et vulgarem quo ad validitatem actus requiritur citatio partis. l. de vnoquoqz. ff. de re iudi. l. nam ita diuus. ff. de adop. l. si. C. de legi. l. tres denuntiationes. C. qño et qñ iudex de. sepe. de verb. sig. c. cōstitutio nem. de sen. excom. in. vj. cum multis similibus. et dixi supra in singulari. cxiij. inci. clarum est et c. Tene tñ menti duos casus. In quibus vs actus parte non citata. primus est qñ si pars que debebat citari fuisset presens seu citata non poruisset aliqd in contrariū allegare nam tñ valet talis actus factus sine citatide partis. ita optime probat text. in. l. si cum seruū. §. j. et. §. si. ff. de fideicom. liber. et rex. in. l. recusare in prin. ff. ad trebel. que iura ad hoc allegat Zudo. ro. in cōsi. suo. cxxij. incip. quod ad primū. Idēz firmat Bar. in. l. ij. §. quod de frumentaria. ff. de admini. rerū ad ci. ni. perti. et Oldra. in cōsi. suo. lxxx. incip. ex forma istius statuti in si. verbis. et Abb. post Jo. and. in. c. cum olim. de re iudi. in. vj. col. ver. scda causa et c. et in. c. causamq. in. j. col. post dā. Ant. ibi de rescrip. et in. c. auditis. in. iij. col. de procur. et sentit Abb. in. c. accepta. in si. de appel. et voluit Abb. in. c. bone. cl. j. in. iij. col. ver. item not. de elec. idēz etiaz tenet Jo. cal. in cōsi. suo. viij. inci. qz statutum. et Pau. de ca. in cōsi. lxxxvj. incip. circa primum. in pen. colū. idēz firmat Jo and. in addi. ad Spec. in ri. de senten. §. species. in addi. incip. habeo de precepto et c. circa medium. et do. Alex. referens Jo. and. in. l. si pacto quo penas in. j. col. ver. limita tñ. C. de pacris. Secundus casus est in quo actus non est nullus qñ pars nō est citata. immo est validus qñ ipsi non citato non facit p̄iudicium: ita dicit Bal. in. l. ab eo. C. quomodo et qñ iudex. et Innoc. in. c. humilis. de malo. et obe. et Bal. in. l. si. §. cum igitur. ver. quero igitur nunquid de necessitate. C. de iure delibe. et in aut. si omnes. C. si vt se ab heredi. absti. Et hanc partem firmat do. Alex. in cōsi. suo. lxxxvj. inci. visis dubitationibus in. h. col. in. h. vol. p. qui bus optime faciunt dicta p̄ Old. in cōsi. cxxx. incip. quidam Hugo. et per Pau. de

ca. in cōsi. l. j. inci. videt dicendū in. h. colū. de quibus omnibus ego plenius dixi in repeti. mea. l. fin. C. de probatio. in. xxxix. char. ibi videas.

31. ¶ Valer alienatio de quibus rebus subiecris restitutioni fideicom. qñ sit ab ignorante fideicommissum et tunc pretiū tñ venit in ratione fideicommissi. ter. est sing. in. l. si. ff. de leg. h̄. per quem ter. ita cōmuniter tenent Dy. et Bar. et alij in aut. res que. C. cōmunia deleg. et ibi Rayne. refert Dy. ita dixisse. et ita etiam no. Bar. et Sali. in. l. si. §. sinant sub conditide. C. cōmunia dele. et istud etiam voluit Ang. in. d. l. si. §. sed qz nostra. eo. tit. vbi subdit qz semper d̄z esse cautus aduocatus actoris vt semper deducat scientiam alienantis alias succumberet fm eum quos oēs vt supra refert et sequitur Alex. in cōsi. suo. cxxxvj. incip. viso processu et c. fm ordi. meum quem vide.

32. ¶ Bona feudalia siue emphyteoticalia q̄ transeunt in filij vt filium etiam si non esset heres patris nunq̄ computant sibi in quartam debitam iure nature nec in rebellianicam vel falcidiam. ita sing. dicit Ang. in. l. si patroni in prin. per glos. ibi. ff. ad treb. et dicit hunc esse casus quotidianū et notandū. et hoc etiaz tenet ibi Pau. de ca. in lectura paduanaz idēz tenuit Ang. in. §. optime. in aut. de nup. per glo. ibi quos refert et sequitur do. Alex. in cōsi. suo. cxxxij. incip. visis subtilissimis et c. in. iij. col. vbi dicit pro hoc facere quod voluit Bal. in. l. hac edictali. in si. prin. C. de incest. nup. Byppo. de marfi.

33. ¶ Neptis ex filio masculino dicitur ex linea masculina ipsi auo ita colligitur ex gl. no. in. l. gallus. in. §. nunc de lege. in. v. nam et si. ff. de libe. et posthu. quā ibi ponderat Bald. et alij post eum dicentes per illam glo. qz si quis acceperit fundum in emphyteosim pro se et heredibus descendentibus per virilem sexum quod cōprehendatur neptis femina ex filio masculino ex filia femina quam partem etiaz approbat do. Alex. in cōsi. suo. cclxvj. incip. consideratis in. j. colum. vbi pro hoc allegat text. in. l. lege duodecim tabularū. in vers. huius itaqz legis. C. de legi. here. et rex. in. §. item verustas. in si. de heredi. que ab in testā. deferuntur quod tene menti. quia quotidianū: et ego istis proximis diebus



Singularia.

Dabui in facto et bis consului super hoc. 34 ¶ Adalafides alicuius probatur per sola iudicia rex. est multum nota. et ibi. Bal. in. l. pe. C. de euct. et not. Ang. in. l. j. C. de vsu cap. transfor. in. l. super longi. C. de pre scriptio. longi rem. et voluit Alexan. in. cō. si. cclxxx. circa punctum in vltima colum. 35 ¶ Ille qui nunquam fuit tabellio creatus si conficit instrumentum tamquam tabellio punitur pena mortis. ut habetur in. l. eos in. ff. de fal. et per Bal. in. l. data opera in. xvij. colum. ver. dubitatur de eo et c. C. qui accu. non poss. Attamen secus est in illo qui alius fuit creatus tabellio et postea fuit priuatus officio tabellionatus qui si talis post priuationem facit instrumentum tamquam tabellio non punitur pena mortis. ita sing. dixit Bal. in. l. si quis. C. de aque ductu. lib. ij. rōne allegat quod iste qui alius fuit tabellio inuatur primordio veritatis. ar. no. in. §. quia vero in auc. de nō alie. qd̄ dictū refert et sequit̄ do. alexā. in. cō. si. cclxxxij. incip. ponderaris in pe. col. qd̄ est not. sed tu adde quod idem dixit Bald. in. l. data opera in. xvij. col. C. qui accu. non pos. quem ad hoc refert et sequitur domi. Fely. in. c. que in. ecclesiarum in. ix. char. in. j. col. de consi. vbi plura similia adducit. et facit etiam quod dixit do. Fely. in. c. consuluit. ver. si. nota et c. extra de iudeis. vbi dixit quod iudei tolerantur ab ecclesia non autem heretici. ratio quod fides iudeorum habet primordium veritatis. secus in fide hereticorum. allegat gloss. in. l. nullus. C. de summa tri. et fide carbo. pro quibus etiam faciunt que dixit. j. in. singulari. cō. in. cip. priuilegius et c. vbi videas. Hypopolitus de Anarsil. j. A. doc.

36 ¶ Clausula omni meliori modo et c. est maxime importante de qua per Pet. de acha. in. consi. suo. lxxxij. incip. visis omnibus et singulis et per Alexan. in. l. si cum nulla. ff. de re. iudi. et per docto. in. l. miles qui destinauerat. ff. de testa. mili. et in. l. quidam consulebat. ff. de re. iudi. et in. l. idē vulpianus. ff. de excu. tuto. et per domi. Anro. in. c. examinata. circa me. de iudi. et in. c. litere. de dila. et per Bal. in. l. vinum in antepe. colum. ff. si cer. peta. et per Joan. de imo. in. l. nemo potest in. v. col. ff. de leg. j. et per do. Fran. are. in. cō. si. c. in. cip. in. causa in. iij. colum. et per do. Bartho. ceo. in. consi. suo. j. circa si. et per Alexan. in. cō. si. lxxx. incip. viso themate in secūda

colum. in. v. volu. et in. consi. cxxxvj. incip. viso processu in. §. col. in. eo. vol. et ibidem in. consi. cxxxvi. incip. perspectis in. iij. colum. et in. consi. cccxxxvj. incip. post redditū et c. Et id tene menti quod licet ad validitates testamenti requiratur quod pater relinquat filio aliqd̄ iure institutionis ut in. §. aliud quocapitulum in. auc. ut cum de appel. cogno. tamen si testator reliquit partem lariter filio et non dixit iure institutionis et addidit quod volebat testamentum valere omni meliori modo et c. proinde est ac si expressisset quod relinquebat iure institutionis prout relinqui debet ita dixit Bal. in. l. quoties. C. de here. insti. Et dixit etiam pau. de cast. in. consi. suo. cccxlviij. incip. super primo puncto quo queritur an testamentum quod si testator in testamento mandat filiam suam dōtari et postea dicit quod vult valere testamentum omni meliori modo quod p̄inde est ac si filie reliquisset iure seu titulo institutionis quam doctri. nam Bald. et pau. de cast. refert et sequit̄ do. Alexā. in. d. suo consilio. cccxxxvj. incip. post redditum et in. d. consi. lxxx. incip. viso themate in. §. colum. in. v. volu. Et scias quod etiam si testator testando inter liberos non expressisset dictā clausulā de meliori modo et c. quod tamen tunc illa subintelligit ista est glo. no. in. l. coperedi. §. cum filie. in. ver. nō voluit. ff. de vul. et pup. quā ad hoc multum cōmēdat Joā. de imo. ibi et do. An. et post eū Jo. de imo. i. c. raynut. in. xvij. col. extra de testa. Ad idē ē glo. i. l. filij. C. fami. erc. in. §. in. testato quas glos. ad hoc allegauit do. Alexā. i. d. consi. cxxxvj. incip. viso processu in. §. col. in. v. volu.

37 ¶ Approbatio statuti facta per superiores ad hoc ut valeat et valider ipsum statutum requirit quod sit facta ex certa scientia superioris ita in spē dicit Inno. i. c. j. in. glo. i. ver. ifirmat de transac. qd̄ dictū refert sequitur domi. Alexā. in. consilio. cccxxxij. incip. viso statuto in. iij. colum. vbi ipse addit quod habetur in. c. primo de cōfir. vti. vel inuti. et adducit Bal. hoc voluisse in. l. p̄uilegia. C. de sacrosan. eccle. et in. l. si cōstat de appel. et subdit quod certa scientia nō p̄sumit̄ s̄m Inno. et doct. in. c. porrecta. de cōfir. vti. vel inuti. et facit. c. ij. de cōsi. i. vj.

38 ¶ Emptio et venditio nō p̄t p̄rabi sine p̄tio. istud de em. et vē. §. p̄t̄i. l. ij. ff. de p̄ben. em. l. emti. et. l. si. C. eodem titu. Et tene menti quod non solum ipsa emptio et venditio

Hyppo. Anarsil. Bo.

So. cxxxvij.

io requirit p̄teritum sed etiā in depositio ne restium volentiū probare venditiones per famā non probant ipsam venditionē per famā nisi deponant de certo et limitata p̄teritio. ita sing. no. Jac. de are. et Ray. l. j. C. de contrabē. et cōmit. stip. et hoc per id quod habetur in. d. §. p̄teritum. qd̄ dictum refert et sequitur do. Alexan. in. consi. suo. cccliij. incip. in causa appellationis. in. vj. col. vbi dicit quod pro hoc dicto facit no. per Bar. in. l. sciendū. in. j. col. de verb. ob. quod tene menti: nam pauci sunt dies quod istud euenit in facto in causa satis ardua.

39 ¶ Lapias vni de pane lucrando in hac celeberrima ciuitate bononie extat statuti sub rubrica de dōtibus restituendis quo cauet quod mulier maritata veniens ad mortē non habens filios teneat relinque tertiam partem bonorum suorum fratribus suis et si nō reliquerit possint t̄m dicti fratres petere dictā tertiam partem. Ad hoc mulier qd̄ nō habes fratres s̄ sorores venit ad mortē an teneat dictis sororibus relinque dictā tertiam partem et si nō reliquerit an possint dicte sorores petere: videre tur dicendū quod non quod in exorbitantibus: et odiosis masculinū nō concipit femininū l. j. §. quare. ff. de vent. in. pos. mir. l. q̄squis cum glo. C. ad. l. iul. maie. no. in. l. si quis in tantā. C. vnde vi. Sed in d̄ium est veritas quod ipsa mulier veniens ad mortē sine filiis teneatur relinque dictā tertiam partem ipsis sororibus et si nō reliquerit poterunt ipse sorores petere. dictam tertiam partem: ita singulariter et eleganter cōsuluit do. Alex. in. cō. si. suo. cccxxxij. §. ordi. mensi qd̄ incipit aiaduensis et c. in. j. ij. et. iij. col. et quasi per totū: idē consuluit Bal. in. cō. si. suo. cccxxxij. incip. factū tale est statuto omnibus aret̄i et c. in. iij. vol. pro quibus facit dicta per Pet. de ancha. in. consi. iij. incip. superstitē d̄na auantia et c. et vide Bal. in. l. tres fratres. ver. secundo oppono. ff. de pac. que perpetuo tene menti quod nō sunt quatuor dies quod sui de tali casu a quoddā egregio ciue interrogatus.

40 ¶ Filius familias non potest esse in iudicio sine cōsensu patris. l. si. §. necessitate C. de bo. q̄ libe. cum si. Sed ego quero an iuramentū prestitū a filio sine cōsensu patris valeat et ipsum obliget Bal. multū no. dicit quod non in. d. l. si. §. filijs autem. de bo. que liber. De quo t̄m dicto valde gloriatur Joā. de imo. in. consi. suo primo in. iij. co.

lum. vbi refert hoc dictum Bald. Hyppo. de Anarsil.

41 ¶ Iudeus non potest esse testis contra christianū: ut habetur in. l. qm̄ multi. C. de here. et in. cle. j. de iudeis. et in. c. iudei de testi. et in. c. pagani. et in. c. si hereticus. ij. q. vij. de quo per spec. in. ri. de teste. in. §. j. ver. itē quod est iudeus. et Bar. in. l. cunctos populos. ver. nono oppo. in. si. de summa trini. et fide carbo. Et tene menti qd̄ sicut iudeus non potest restificari contra christianum ita nec iudeo potest deferri iuramentum in litem contra christianus nec iuramentum in supplementum p̄bationis: ita singu. dixit Jo. de imol. in. consi. suo. §. incip. in. casu proposito et c. post prin. allegat in. argu. ea que no. per glo. in. c. cū in cunctis. de elec. circa p̄nci. et not. in. aut. multo magis de sacrosan. eccle. p̄ quibus faciunt dicta per Barba. in. l. in. illa stipulatione si calendis in. xvij. col. ff. de verb. obli. quod nota contra iudeos.

42 ¶ Frangenti fidem fides frangatur eidem. l. quero. §. inter locatorem. ff. de loca. habetur in. l. si quis maior. C. de transactio. et in. l. cum proponas. eo. ritu. cum multis simi. Et scias velim quod hec regula est vera nedum in simplici promissione sed etiam in promissione iuramento firmata: nam si mihi promittis simpliciter quidquid et ego propter illud promitto tibi dare decem: et huic promissioni appono iuramentum si tu non seruas mihi illam promissionem simplicem ego teneor seruare tibi promissionem iuramentam: ita no. dixit Joan. de imo. in. consi. suo. lxxxj. incip. in. casu premissio et c. post p̄nci. allegat not. in. l. cum proponas. C. de pactis. et in. l. siue apud acta. C. de transactio. in. c. ij. de iureiuran. pro quibus optime faciunt dicta per Bald. in. marga. sua. in. ver. iurans aliquid dare et c. vbi tenet idem esse in duabus promissionibus factis cum iuramento. de quibus ibi latius per eum quod plura allegat in materia: et vide Oldra. in. consilio. cccxiiij. incip. vltra iam dicta in. fin. Hypopolitus de Anarsil.

43 ¶ Debitor fugitiuus potest capi a creditore et duci ad iudicium: ut in. l. ait p̄teror. §. si debitor. ff. que in. frau. cre. et in. aut. ut iudi. sine quoquo suffra. §. necessitates. et in. l. extat. ff. qd̄ merus causa. et in. l. que fiti. ff. de pig. et insti. de actio. in. prin. Et tene menti quod hoc procedit nedum quod ipse



## Singularia

debito est in fuga sed etiam h3 locū si non est in fuga sed sunt aliqua signa euidentia qualiter vult aufugeret nam tunc etiā potest capi. ita sing. dicit Ang. per glo. ibi in l. pignoris causa. C. de pigne. actio. Et p istis optime faciunt dicta per bal. in. c. ad nostram. de appel. vbi querit an ille dicat apostata qui non fugit de monasterio sed h3 animū fugiendi. et dicit q sic allegat p hoc tex. et glo. sing. in. l. quid sit fugitiuus. §. apud celsum. ff. de edil. edic. et idem tenet. Barba. in. d. c. ad nostram in. ij. colū. Et dicit sing. Inno. in. c. vt fame. de sent. exco. q si debitor fugies sit clericus q potest capi a creditore laico sine incurfu exco. cationis de quibus etiam vide domi. Pa ridem de puteo in suo tractatu. findica tus. in. xxiij. char. in. iij. colū. in ver. intelli ge q potest capi. de marfil. J. A. D. 44. **C** Mandatum re integra finit morte mādātis. l. mādātum. C. mādātis. l. si. ff. de solu. §. itē si ad huc insti. mādātis. cuz si. Sed tu limita hanc regulā singu. tribus modis primo non habere locum in cau sa pia q in cā pia mādātum non finitur morte mādātis. etiā reintegra sed mādā rius potest adimplere mandatum mor tuo mādante. tex. et sing. in. l. si ego in. §. ff. de iure dor. que tex. dicit sing. Bald. in. c. j. in si. qui succes. tene. et Bal. in. l. sicut. in. ff. C. de actio. et oblig. et in. l. qui in alienā. in. §. quāquam. ff. de neg. gest. et Bal. in. d. l. mandatus in. iij. colū. et in. auc. si qua mulier in. viij. colū. C. de sacrosan. eccle. et Bal. in. c. cum venissent. de testi. et Zudo. ro. in. l. si pecuniam circa. ix. colū. ff. de condi. ob causam et lud. ro. in. l. in. v. colū. ff. so. ma. et in reper. auc. similiter in. ij. colū. ver. ff. xvij. C. ad. l. fal. Secundo modo limita non procedere hanc regulā fauore pacis et ideo procurator vulnerari constitutus ad pacem facien. poterit face re pacem post mortem vulnerari. ita sing. dicit Bal. in. addi. specu. in. ti. de homici. in vlti. addi. quam doctrinam non memi ni me alibi legisse. Tertio limita hanc regulam non habere locum qn mādās te nebatur de necessitate facere illud q mādauit mandatario q tunc mandatarius poterit post mortē ereq tale mādātū etiā reintegra tex. et no. cōiuncta gl. in. l. fundi vē ditor. ff. de acquirē. pos. et facit tex. in. c. si sup gratia. de offi. delega. l. vj. q iura ad hoc allegauit do. Alex. in. consi. dicit. inci.

circā primū in pe. col. in. ij. vo. et Zudo. ro. tenens hāc parre in consi. c. ij. in. cip. non est dubium et. Hippo. de marfil. 45. **C** Tu scis q cessio iurium non valet nisi instrumento appareat causa propter quā vt puta ex causa veditiois. vt habet late in. l. per diuersas et in. l. ab. anastasio. C. mandati. hoc tñ fallit nisi debitor contra quē habeo iura q cedo alteri eēt i pres entia et nō cōtradiceret. nā tunc nō pote rit vnq opponere excep. simulationis cō tra. talē cessionē. ita sing. dicit bal. in. l. cuz essent. §. si. ff. de serui. rusti. p. d. i. q illi ter. qd. no. q nūc ego habeo in facto in cā pro pria. Hippo. de marfil. J. A. doc. 46. **C** Quidā fuit vulneratus de quo vul nere fecit pacē postea ex dicto vulnere se cura est mors an hoc casu intelligatur et facta pax de morte In quo viderur dicen dum q non nam aliud est vuln? et aliud mors et ex separatis non inferitur. l. papi nianus exuli. ff. de mino. cū si. Arramē di cas cōtrarium fm bal. singl. in. addi. spe. cu. in. tit. de accusatore in. ij. col. in ver. pax facta de vulnere vbi dicit ex hoc inferri q potest fieri pax de morte ante mortem: qd no. Hippo. de marfil. J. A. doc. 47. **C** In ore duorum vel trium stat oē verbū l. vbi numerus. ff. de testi. c. in oī negotio. extra. de testi. c. licet eo. ritu. et non reperi tur regulariter loquedo aliqua cā que sit cōtraria vnico teste vt in dictis iuribus. Scias tamen q dictū vnus solius testis operat mirabile effectū nā dictū vnū? testis excusat accusatorē a pena talidōis. ita sing. dicit. Bal. in. addi. spe. in. ti. de accusa tore in quarta parte. in ver. pe. q dicit eē nota dignū. pro quo optime faciūt dicta per bar. et Ang. in. l. si preses. C. si seru? aut libe. li. r. Alios autē casus in quibus dicto vnus testis stat. vide per do. Ant. et mod. in. c. veniēs. de testi. et in. l. j. §. si. per do. ff. de ver. obli. et per specu. in. ti. de teste. §. res stat verfi. hoc tamen fallit et. 48. **C** Actus factus alia hora q hora cita tionis est nullus et non valet quia hoc ca su dicitur factus parte non citata. ita di xit Bar. per illum tex. in. l. si. §. si. et ibi an ge. ff. quod vi aut clam Bar. in. l. finita. §. iulian? in. v. col. ver. quero vtrū primū de cretū. ff. de dam. insec. et Bar. in. consi. ino in. cip. iudex et bal. in. l. j. in pe. colū. ver. modo hic vtrius querō. C. qñ. et quādo iud. Bal. l. si vt pponis la. ij. co. ti. bald.

## Hippo. et Bar. bo.

## So. dicitur.

in. l. terminato in. ij. col. ver. sed nisi quid. C. de fruct. et lit. expen. Bal. in. c. j. in. vj. col. de iudi. de quo latius dixi in repe. mea. l. si. in. xxxij. char. C. de proba. Et ideo te ne menti vnū no. verbū qd si iudex dicit se velle facere actum vel ferre sententiam rati die et ego cōstituo procuratorem ad il lū actum pro illo die vt puta ad audiēduz sententiā et iudex illo die non tuit. Iniam sed alio die: citato tñ dicto procuratore meo qd talis snia nō valet sed dicit lata parte nō citata: q mandati per me factū illi procuratori meo p illo die finito ipso die expirauit. ita sing. determinat. Joā. an. in. addi. spe. in. ti. de pcur. §. rōne forme. ver. quid si cōstitutus est. qd dicitū refert pau. de ca. in. l. si procurator in si. C. de procur. vide tñ tex. et ibi Ab. in. c. cōsultuit de offic. deleg. et Ber. ibidem. et dom. Alexan. in cō silio. suo. c. xij. in. cip. viso. et oportune et. in. iij. colū. 49. **C** Hereditas directe nec admitti potest in codicillis. l. hereditate. C. de codi cill. §. pe. in. sti. eo. cum si. ideo tene mēti q si filius in testamēto fuit institutus in re certa pro sua legitima. talis institutio nō poterit reuocari in codicillis l3 facta in testamento possint reuocari in codicillis vt habetur in. l. heredes palā. §. si qd post ff. de testa. nō autē est qd si valeret talis re uocatio filius remaneret p̄teritus et sic te stamentū esset nullū. sed non potest annulla ri in codicillis dādo vel auferendo here ditatē vt dixi. ita sing. determinat Jac. de bel. in. aut. de here. et fal. et ita cōsultuit in facto ipse Ja. vt refert eum et sequit pau. de ca. in. l. loimodo in si. C. de inoffi. test. 50. **C** Donatio virum et vxorem regula riter est prohibita vt in toto tit. dona. in. ter vi. et vxorem. Tene tamen p̄peruo mē ti quod si coniuges faciant sibi inuicem reciprocam donationem si contingat al terum p̄mori non dicitur donatio pro hibita. sed valebit et non indigebit confir matione per mortem. et etiam non inter ueniente traditione. post mortem pote rit bona peri. ita singula. dicit C. yn. et post eum pau. de castro. in. l. si pater puel le in si. C. de inoffi. testa qd dicitū multum exclamat ibi pau. de ca. dices qd frequen ter potest contingere de facto. 51. **C** Instantia cause appellationis currit de iure communi a die interpositae appellationis vt in clemēna sicut d. app.

et in. l. si. §. illud cum glo. C. de temp. app. Tene tñ menti q si statutum disponeret qd debeat eligi certus iudex appellationis de numero confidentium si post interpo sitam appellationē partes starent. xxx. an nis ad faciē. dare iudices appellationis nunq currit tempus stante appellatione qz non adest iudex ad quē iri possit vt ipsa appellatio exerceatur. ita no. cōsultuit do. Eustofio. de casteliono per no. in. l. si in diem. ff. de condi. et demon. quē refert et se quitur do. Lanfran. brixien. in suo nota bili tracta. de arb. in. ij. char. in. iij. col. p quo optime faciunt q late dixi in. l. si cau sam. in. vlt. char. C. de execu. rei iudi. vbi plura similia posuit et vide que dixi infra in singulari. d. ij. in. cip. succumbens. 52. **C** Prorogatio compromissi non potest fieri maioris t̄pis q fuerit primū tempus compromissi: ita sing. dicit Bal. in. consi. c. xij. in. cip. nobiles viri Henricus et. in. j. vol. in vlti. col. quod dictū refert et se quitur do. Lanfran. brix. in dicto suo tra ctatu. de arb. in. v. char. in. ij. col. in. princ. 53. **C** Ad hoc vt quis constituatur seu dicitur contumax requiritur q citetur ter vel semel peremptorie. l. consentaneus. C. qñ o er qñ iudex. l. tres denūtiaciones. co. ri. cum si. Scias tñ q istud nō h3 locū vbi par citat seu requirit pares qz tñ sufficit vnica requisitio generaliter et nō perem toria: ita sing. dicit glo. in. cle. j. de here. in ver. requiruntur. et idem dicit bal. allegās eandem glo. in. l. ad peremptoriū circa fin. ff. de iud. et ideo si sunt duo arbitri et vnus velle ferre laudū vel facere aliquē actum d3 requirere seu citare consociū arbitrus et sufficit vnica citatio generalis et non peremptoria: quā glo. etiam refert et pbat do. Lanfrāc. brix. in suo tract. de arb. sub rubri. quot modis cōpromissum seu arbitramētū annullat in. xj. col. circa mediu qd sepe cōringit in facto: et vide q dixi infra in singulari. r. c. in. cip. regulariter. 54. **C** Compromissum finitur p mortē litigantium vel vnus ex litigantibus nisi dictum sit q transeat ad heredes litiga torum. l. diem proferre. §. j. ff. de arb. et in. c. si. de arb. habetur etiam in. l. sed et si in terpellatum. §. si. ff. de arb. et not. Inno. in. c. fin. extra de arb. Aduertas tamen q hoc procedit vbi compromissus est factus in merum arbitriū quia tunc finitur mor te vnus ex litigantibus: sed secus est si sit



facti in arbitratore qz tunc compromissum non finitur morte vnus ex litigatoribus sed transit ad heredes etia extraneos. ita dixit Alber. de bobio quem refert et sequit spe. in ri. de arbi. s. finit. ver. s. nqd arbi tramentu quod etiam voluit do. An ro. in c. quinzauallis de iurciura. quos retert et sequit do. Lanfran. bixicn. in tracta. suo de arbi. sub rubi. quot modis finit com. compromissum in. j. col. Alios etiam modisq bus finitur compromissum vide per spe. in. d. ri. de arbi. in. d. s. finitur et in. d. tra. tra. de arbi. sub. d. ru. quot modis finitur compromissum vbi videre poteris etias diuersum esse in compromisso facto per prelatum nose ecclesie quia non finit per eius mortem sed transit ad eius successores in dignitate. casus est singu. et no. in. c. presentata extra de testi. et ibi hoc not. scribentes de quo etiam in dicto tractatu sub dicta rubrica in. j. colum. lypppo. de marfilis.

55 Aduertat ad vnus quod forte paucis est notum quod vere iam mihi bis fecit honorem. Tu scis quod quando prece dunt legitima indicia contra reus potest ipse reus seruatis seruandis poni ad torturam vt habetur in roto ti. ff. et c. de que stio. et late per ang. de areti. in tracta. maleficiozum in verbo fama publica. hoc tamen limita et restringe procedere et habere locum in laicis secus autem in clericis nam contra clericum non potest procedi ad torturam existens contra eum quibuscuq; indicijs nisi ipse clericus alias sit infamis. ita sing. dixit Ab. antiquus in. c. grauis extra de deposito et ibi eum sequit Pau. de leaza. et est etia refert et sequit Jo. de ana. in. c. j. circa. v. colum. de de. p. cus. et do. ab. in. c. cum in cõtemplatione. de regu. iur. et do. alex. in. l. si. ff. de questionibus in apostil. ver. veniamus ad indicia et in l. milites. C. eo. de questionibus quod dictum habui in facto et practicaui in ciuitate cumarum ex quo cõsecutus fui apud peritos maximu honore sed paru lucri qz ille clericus quem liberaui a tortura erat pauper et pmisit mihi satisfacere de missis orationibus. super aut inueni. d. Fely. referentem illud dictum ab. et est sequentem in. c. venies in. ij. col. extra de testi. vbi etia ipse alleg. ab. et Joan. de ana. in dictis locis et dicit illud dictu esse fin. ides tenet do. Fely. in. c. vniuersitatis. de senten. et

com. et in. c. de hoc in prima col. ver. secundum limira de simonia. et in. c. cum oporteat in pe. colum. de accusa. Ideo tene est perpetuo menti.

56 Advaliditatem instru requirunt testes alias instrum esset inutile et nulla fide fieret vt haberetur in. l. contractus. C. de fide instru. et p glo. in. l. generali. C. de tabula. lib. x. et in roto tit. de fide instru. Sed ego volo dare tibi vnum casum not. in quo vbi instrum sine appositioe testium qui casus est qn aliquod instrum fit in publico parlamento vel coram populo: na tunc vbi sine appositione testiu. istud fuit singulare dicitur Alberti de bobio qd refert et sequitur spe. in ri. de instru. edit. s. restat in. vij. col. ver. sed cum literis qd dictum refert et approbat ab. in. c. j. in. ij. col. de fide instru. et Barba. in repe. rubrice de fide instru. in. xxiij. char. in. ij. columna. vbi ipse adducit in simili dictum Joa. and. in addi. spe. in ri. de assessore. s. officium in prin. vbi dicit assessores electos a populo hñe iurisdiccionē ordinariā sed electos a ptate habere delegatam de quibus ibi latius p est. lypppo. de marfilis. J. A. doc.

57 Non presumitur donatio in dubio. maxime quando verba pht trahi ad alium sensum. l. si cum aurum. ff. de solu. l. cum de indebito. ff. de proba. et ideo si tu petis a me quod ego donem tibi tale rem et ego rñdeo et dico non tantum istud sed quidquid tibi placet an intelligatur qd tibi donaueram dictam rem per dictas rñsionem dicas quod non. istud fuit singulare verbum Bald. in. c. cum venissent de insti. circa fin. quod dictum pro valde singulari refert et approbat Zu. roma. in repe. rub. de arb. in prima char. in. ij. col. ver. nono et do. Fely. in. c. cum iuramento de homi. quod tene menti quia prima facie quilibet diceret contrarium.

58 Si dedi tibi mandatū de soluendo creditori meo possum illud reuocare re integra. l. si cum cornelius. ff. de solu. et neas tñ menti ppetuo qd si dedi tibi tale mandatū et tu istud significasti creditori meo qui acceptauit te pro debitore quod licet non solueris sibi pecuniam vt tibi mandauit attamen post talem acceptationem suam non possum reuocare tale mandatū tibi factum. ita singu. dixit Joan. andr. in addi. specu. in ri. de deposito que sequitur Angel. in. l. qui vsum fructum. ff.

de verb. ob. et Pau. de castro. in. d. l. si cum cornelius. et dom. Alexan. in. d. l. qui vsum fructu. vbi de hoc dicto facit magnum festu et dicit quod non posset esse notabilius verbum Jo tene menti. lypppo. de Marsi. J. A. doc.

59 Innocentibus iura fauent et merito. ideo scias quod stante statuto excludente omnes exceptiones non excludit exceptionem innocentie. ita dixit singu. Bald. in. l. edita in reper. paduana in penul. colum. C. de eden. quod dictum refert et sequitur pro valde eleganti Joan. de ana. in. consi. suo. l. ix. incip. visa inquisitione in. j. colum. et dom. Alexan. in. consi. suo. cxiij. incip. viso thēmate in. ij. col. in. v. volu. vbi dicit quod hoc etiam voluit Bald. in. l. j. s. officius. in penul. colum. ff. ne quis eum qui in ius voc. vi. cri. et Angel. in. consi. cxxiij. incip. in facto proponitur quod baldafari. et ides firmat Alex. in apostil. ad Bart. in. l. j. s. et parui circa fin. ff. quod vi aut clam. et subdit Joan. de ana. in. d. consi. quod etiam ipsa innocetia potest probari per domesticos et per testes minus idoneos. ad quod allegat Specu. in ri. de inquisitione. s. j. ver. sed nunquid eas et. Et dicit quod immo iudex officio etiam inquisito nō potest et debet recipere probationes ad probandum innocentiam. allegat Bar. in. l. j. s. si quis vitro. ff. de questionibus et in. l. si non defendantur. ff. de pe. pro quibus etiam facit secundum eum quod habetur. ij. q. v. c. omnibus. ad fin. et quod no. in. c. cum in iumentute de purga. cano. et in. c. cum. p. extra de accus. in quibus habetur quod clericus potest probare innocentiam suam etiam per laicos et etiam per feminas q omnia tene menti ad adiuuandum innocentes et vide que dixi infra in singulari. lxxij. incip. per totas fere italiam et. lypppo. de Marsi. J. A. doc.

60 Tyrus constituit procuratorē et ei in instrumento mandati nō dedit spā liter ptatem substituēdi aliu sed postea in eodē instrō qñ ipse tyrius releuat procuratorē ab onere cautionis dicit qd dictu procuratorē seu eius substituēti releuat ab onere cautionis vñ p eis cauet et pmittit an p ista vba videat sibi dedisse mandatū substituēdi. qñlibz diceret qd sic qz al's illa vba pcurat. seu ei' substituēti. et nihil operent extra. s. qd' in pria cõstru. C. et. l. am-

plioze in. s. refutatoris. C. de appel. cum si. et cõtra doctrina Bal. in rubi. C. de cõtrabē. em. in. ix. q. vbi dicit qd vniquodq; etiam minimum verbu appositum in instrumento debet aliquid operari. Et trarium tñ decidunt domini de rota. In antiquis decis. in ri. de procura. in. xxiij. deo cil. incip. si in procuratorio et. et idem firmat Domi. de sancto gemi. in. c. j. s. licet de procura. in. vj. et do. Alex. eos referens in consi. suo. cxxvj. incip. visis bis et. in. ij. colum. in. v. vol.

61 Dictu seu testimoniū duoz testiu pferit dicto vni' rāti stāte paritare ipsoz testiu. l. in. s. eiusde quoq; in ver. nter. ff. de testi. habet in. c. venies extra de testi. et facit. c. j. de treu. et pa. et aut. ita. C. cõia. de successio. cñ mltis si. et tñ ppetuo mēti vñi singulare vbi in quo dictu vni' testis pferit dicto duoz. Na si duo sunt testes qui cõtradicāt instrō et vnus tantu testis q depdat p instrō qd hoc casu nō erit reprobatu instrū s; sustērabit ex dicto illi' testis et ex fide tabellionis vñ erit tñ necessarij tres testes ad reprobādū ipsum instrū ita fin. dic Jo. d imo. in. c. cñ ioānes d fide instru. circa pe. col. qd dictu p vald no. refert et seqt do. Alex. cñ. suo. cxiij. incip. i cā et li. in vltima. col. in. v. vol. et dicit istud dictum non reperisse dictum seu scriptum ab alio quo alio pter q a Joā. de mol. ibi qd ipse reputat valde no.

62 Reductio ad arbitriū boni viri peti non potest sed intelligit esse sublata stāte statuto qd d laudū nō possit opponi aliq exceptione ita sing. dixit Bal. in. addi. spec. i ri. de arbi. in. vij. col. in. v. sed qd si statutu. qd dictu refert et sequit do. alex. in. consi. suo. cxiij. incip. viso thēate i vl. col. in. v. vol. et in. l. j. s. et parui. ff. qd vi aut clā in apostil. lis ad Bal. in. vl. col. de quo dixi in. l. si causam in. ix. col. C. de execu. re iudi.

63 Donatio causa mortis reuocatur per penitentias quia ambulatoria est voluntas defuncti vsq; ad mortem. l. in. ff. cum. l. seq. ff. de adi. lege. Quod tamen limita nisi donans sine herede decedat quia tunc talis donatio per penitentias non reuocatur: ita singu. dixit Ange. in. l. qui rome. s. flautus hermes. ff. de verbo obliga. allegat. l. j. iuncta glo. ff. de bis que sine manu. ad liber. perue. et idem dixi ipse Angelus in disputatione. sua incipite hastensis miles. et in. l. circa. s. si cui. ff.



ad. l. l. in. l. h. ff. de lega. j. Et subdit ipse  
ange. in. d. s. flavius quod rō huius dicitur  
est qz predicta donatio ad sui cōfirmatio-  
nē nō requirit aditionem hereditatis: vt  
no. gloss. singu. in. l. filie. C. fami. er. ad qd  
est melior glo. iuncto rep. fm Jo. de imol.  
vz in. l. quod legatum. s. pe. ff. de his qui.  
vt indig. qz talis donatio nō est mere vlti-  
ma voluntas sed sapit naturam cōtractus  
vt in. l. tā bis. s. j. cū ibi no. ff. de dona. cā  
mor. Et hāc pte etiā firmat do. Alex. in. l.  
nō ois. ff. si cer. per. zin. d. l. qui romē. s. fla-  
uius. vbi latus loquitur allegāsp dicta. z  
ib etiā ponit vnā limitationē z restrictio-  
nem ad hāc doctrinā de qua ibi per eum.  
quā doctrinā tene menti qz est nor. z dicit  
angel. in. d. s. flavius quod ista doctrina  
seu istud dictum est inaudituz forasse zc.  
64. ¶ In mltis partibz z ciuitatibz ita-  
lie est statutū seu pūctio qbus cauet qd cō-  
iunctus seu vicinus nō possit rē immobilē  
alienare nisi primo interpellet ipsum cō-  
iunctum vicinū vel cōsortē an velit dictas  
rem emere. Et si dicta res fuerit alienata  
nō seruata tali denūciatione vel rēqstio-  
ne venditio z alienatio sit nulla z nihilo-  
minus possit cōiunctus vel vicinus dictā  
rem vendicare ab emtore dato sibi p̄rioqz  
exburfauit in emtione ipsius rei. Modō  
opere p̄riū est scire infra quātū tēpus p̄r  
ipse coniunctus vicinus seu cōsortis offerre  
pretium emtori z talem rem venditam si  
ne eius requisitione vendicare z acquire-  
re. in quo dicas qd ipse cōiunctus seu vici-  
nus habet ad hoc terminum vnus anni  
tantū quo elapso nō poterit dictā rē vendi-  
care etiā p̄terio oblaro. dicitū est singulare  
Bal. nō oibz notū in. c. j. s. si tytius p̄ illū  
ter. in ritu. si de seu. fue. contro. inter dñz  
z agna. in vñ. seu. quod dicit ipse menti re-  
nendū qz nisi ipsi cōiuncti vel cōsortes in-  
fra annum cōsequant rem alienatā con-  
tractus ipse factus in extraneum silentio  
cōfirmat z ideo dicit ibi bal. coniunctos  
seu consortes debere esse circa hoc bñ ad-  
uisatos. Quod dicitū refert z sequit dom.  
Jason in. l. h. in. vij. col. C. de iure emp̄bi.  
z idē tenet Barba. in. c. plerūqz. in. v. col. h.  
de rescrip. vbi refert se p̄ hac pte cōsulu-  
se cesene in facti contingntia tene menti  
qz quotidianum est.  
65. ¶ Statuto cauet qd rapiēs mulierē  
punitat pena mortis vt etiā cautū est de iu-  
re cōi. l. j. C. de rap. p̄gi. l. raptos. C. de p̄si.

z cle. modo pone aliqs cepit p vim quan-  
dam virginē z eam prostravit in terras et  
ibi eā carnaliter cognouit an iste sit puniē-  
dus pena mortis z sic pena raptus dicas  
qd nō qz statutum loqtur de rapiente. sed  
iste non rapuit qz raptus est qm mulier p  
vim capiti trāsdūcit de loco ad locū: vt hē-  
tur in. d. l. vnica. C. de rap. virgi. z in. l. qui  
ceru. s. qui vacante. ff. ad. l. iul. de. vi. publ.  
Sed si pervim virgo capiatz carnaliter co-  
gnoscat z nō rapiat tūc est p̄rie stuprū z  
nō raptus: vt colligi p̄r mlti. de pub. iud.  
s. item. l. iulia. de adul. z. s. Jrem lex iulia.  
de vi. ver. sinait per vim zc. ita sing. dicit  
Albe. de rosa. in. iij. parte statutorum in.  
q. xxi. in cip. itē pone questionē quā ner-  
rat Sādinus. Et hanc pte tenuit cōsulen-  
do super cōtrigētia facti raph. cu. consi.  
suo. xv. incip. Aristotof. zc. vbi idē zc. et  
firmat p rōnes z iura Alberici z p alia de  
quibus ibi per eum.

66. ¶ Publicaris attestacionibus non  
p̄nt sup eisdē capitulis testi s recipi cle. re-  
stibus de testi. c. fraternitatis eo. ti. cū. ff.  
hoc th fallit in testimonio medicorū depo-  
nētū sup cicatrice remansura vel nō qz si  
sint recepti testes super hoc an cicatrix sit  
remansura necne z eorū dicta sint publica-  
ta tñ adhuc alij sup eodē p̄nt recipi tā ad  
petitionē alterius pris qz ex mero officio  
iudicis. ita fin. dicit Bal. in. c. causam in. j.  
col. de proba. quod dicit esse no.

67. ¶ Mulier crediēs dotē a patre suo  
sciētē in fraudē creditōri tenet illā. resti-  
tuere. ter. est no. in. l. fin. s. j. ff. que in frau-  
cre. Sed ego quero de questione quortū  
diana. Quidam vsurarius qui nihil habet  
in bonis nisi illud quod extorsit per vsu-  
rariam prauitatem tradit filiam suā nu-  
ptui dando ei dotem amplam vtrū mor-  
tuo patre ipsi debentes recipe vsuras pos-  
sint petere dictam dotem z mitti in pos-  
sionem dicte dotis certe videretur di-  
cendum quod sic argu. illius. s. j. Sed di-  
cas contrarium. singularis est decisio fo-  
de. de senis in consilio. suo. l. iij. incip. que  
stio talis est quidam vsurarius vbi singu.  
loquitur et mouetur pluribus iuribus et  
rationibus de quibus ibi per eum z dicit  
quod idem voluit hōst. in. c. tua. de vsuris  
quā doctrinā sēde. refert z sequit Angel.  
in. l. lucius tyrius. ff. qui. mo. pig. vel hy-  
po. solu. subdēs quod hoc casu nec mulier  
nec etiā maritus poterit pueniri z hoc di-

cit esse verum qm quātitas est data in do-  
tē. Si autē esset datus fundus extortus ex  
vsuris tūc nō potuisset dari in dotes nisi  
cū cā sua z ideo maritus tūc poterit cōue-  
niri tanqz quilibet possessor qd est sing. di-  
ctū fm An. ibi tene mēti qz modernis tpi-  
bus sepe cōstituunt dotes filiabus ex vsu-  
ris z rapinis et q̄storia ex bonis turpio-  
ri modo questis.

68. ¶ Statuto cauet qd offendēs aliquē  
in via publicavel i strata puniat pena mil-  
le. Modō tytius offendit sempromi in flu-  
mine publico an debeat puniri pena mil-  
le dicas qd nō. ita fin. dicit Bal. p̄ illū ter.  
in. l. ff. in. ff. de fui. rust. p̄di. Secus autē di-  
cit esse in ponte fluminis qz offendēs ali-  
quē in ponte fluminis dē est offendisse in  
via publica seu in strata publica z punire  
tur pena p̄dicti statuti qd tene menti.

69. ¶ Tu scis qd priuata scriptura regu-  
lariter nō facit fidē seu p̄bationē. Sz an  
p̄sensu p̄riū fieri possit qd priuate scrip-  
ture alicuius nō solēnter cōfecte adhibeat  
fides. dicas qd nō. ita fin. dicit In. in. c. cū  
p̄ tabellio. de fide instr. quē refert. Bal. l. l.  
de h̄b. de le. z Lu. ro. cōsi. c. iij. in. c. p̄ dis-  
cuncta in. j. col. vbi subdit secus esse de cō-  
suetudine. de quouide etiā p̄ Bar. in rubri-  
ca. de cōsuetudine in pe. col. in prin. h̄yp-  
po. de marfil. j. r. doc.

70. ¶ Iudex laicus de causis sp̄salibus  
regulariter nō p̄t cognoscere nec se itro-  
mittere. c. decernimus. z. c. quāto. de iudi.  
c. bñ qdē. xv. di. l. oī nouatide. C. de sacro  
san. ecclē. cū simi. Scias tñ qd vbi summa-  
ria est cognitio. nō est iudici laico de sp̄sa-  
libus p̄hibita cognitio. ita no. dicit Spe.  
in. ti. de primo decreto. s. restar. ver. qd si  
agat actione p̄uilegiata. Et idē no. Bal.  
in. l. h. C. de car. ed. et in aut. ei q̄ iurat. C.  
de bonis aut. iudi. pos. z Lu. ro. referēs p̄-  
dicta in consi. suo. c. c. x. in. c. in. p̄posi-  
ta in. j. colum.

71. ¶ Juramentū firmat actum super  
quo interponit vt melius valeat quo va-  
lere possit. licet p̄. s. si iū matrē. ff. de le. h̄.  
Et ideo tene mēti qd si supior iurat serua-  
re statuta ciuitatis p̄ tale iuramentū ta-  
lia statuta dicunt esse ab eo cōfirmata. ita  
sing. dicit bal. in cōsi. suo. c. c. lxxiij. in. c. p̄  
statutum in. j. volu.

72. ¶ Per totā fere italiā viger statutus  
maxime in criminalibus qd cōrumax ha-  
beat p̄o. cōfesso. Sed ego q̄o. aliqs fuit

bānitus ex delictō p̄ cōrumaciā: stāte bā-  
no fuit captus a p̄tate q̄ p̄as fecit eū reco-  
gnoscere bāni. s. fecit ip̄s apud acta cōstre-  
ri se esse illū hoīem q̄ in illo bāno cōtinet  
vt seruat cōis practica de quo pulcre z sub-  
tiliter p̄ Ang. in. l. inter stipulatē. s. j. ff. de  
ver. obli. z in. l. h̄. ff. de liber. z posthu. Et rē  
talis bānitus sit audiēdus volēs oppone-  
re aliquā exceptionē d̄ bāni in quo dicen-  
dū v̄ qd nō bāni extinguit z bānitus au-  
dit qm cōpareret in termino sibi in bāno  
assignato. nā tūc tale bāni resoluit in vis  
simplicis citationis fm Bar. in. l. j. in. ff.  
de req. reis. z Bal. in. l. j. C. de postu. z Bar.  
in. l. q̄squis. C. ad. l. iul. maic. z in. l. diuus.  
ff. de custo. reo. z dicit ipse Bar. in. d. l. quis  
q̄s qd bāni qd dat hodie fm statuta ter-  
rarum italie est mortale z lapso termino  
bāni nō daret venia veniēti z cōparēti ad  
mādara. pro quibus etiā faciūt dicta. per  
Bal. in. l. ita demsi. circa ff. C. de pcurat. et  
faciūt dicta per Bal. in suo. elegati consil.  
cl. vij. in. c. tytius accusatus denūciatus  
vel inq̄stus zc. in. vj. volu. Sed tene tñ mē-  
ti perpetuo qd lz bānitus miles cōfiteat  
se esse illū de quo in citatione z banno fir-  
mēti rñ si tūc opponit exceptionē que si  
fuisse opposita a principio ante bāni ip̄-  
se bānitus iudiciū suscipere nō fuisse com-  
pulsus qd tūc iudex declarabit iudiciū et  
bānum esse nullū. ita singl̄r dicit Bar. in.  
l. nō v̄ que est. l. iij. in. ff. de iudi. p̄ quo-  
dicto faciūt adducta per Alex. ibi in apo-  
st. z vide pau. de. ca. in suo. excellētissimo  
cōsi. xxxij. incip. sup p̄io q̄stozc. in. h̄. col.  
vbi dicit qd si post terminū bāni cōparer  
bāni z negat se cōmississe delictū qd vide-  
bat tacite cōfessus ex cōrumacia ex forma  
statuti qd ipse est audiendus allegat quā-  
plura de quibus ibi per eum et circa hāc  
materiam vide aliquid per do. Nellus in  
tractatu bannitorum in sc̄da parte sc̄di rē  
poris. q. xxxiij. Scias etiā in hac materia  
aliud no. v̄ quod licet ex forma alicuius  
statuti cōrumax debeat haberi pro cōfeso  
fo artamen quando iudici liquet tales cō-  
rumacem non esse culpabilem vel nullus  
delictus commississe licet sit cōrumax iu-  
dex non potest nec debet eum condemna-  
re: ita singu. colligit ex verbis Bal. in rub.  
C. de man. vin. z hoc voluit Bar. in cōsi.  
suo. c. in. c. p̄ dñō. C. yno. c. in vlti. colum.  
in. prin. z hoc per. l. si nō defendatur. ff. de  
penis z per alia iura p̄ eos allegata. Et di-



rit fin. Inno. in. c. significantibus in fin. de purga. vulg. qd si post confessione z code natione liquet de innocetate ei no debet contra eum fieri executio corporalis. quod etia tenet sequedo Inno. Bald. in. l. unica in vlt. colum. C. de cofel. et vide Lepo. in confi. suo. xx. incipi. quidam dum esset zc. in vlt. colum. z in confi. xxi. inci. viso processu zc. in. vii. z. viii. colum. z in confi. suo. plix. incip. quap in fin. z eundem Lep. in cautela sua. ccliiij. incip. similem cautelay zc. in. fi. z vide. s. in singulari. lit. incip. innocentibus zc. que oia tene menti qz sepe occurrut in facto z sunt de pane lucrado z ego hanc vltimam doctrinam practicaui dum assiderem in ciuitate Fauentie.

cū simi. Ultimo principaliter nec dici potest ipsam liberalitatem legatario reintegratam ex cōcessione cause. i. inimicitie q̄ liberalitatem seu legatum totaliter extinperat qm̄ iuris est notissima regula qd̄ sublatio cause p̄cedētis actus sublatiue de p̄ se solū actū iā sublatū nō reintegrat sed opus est nouo d̄ctu qm̄q̄ voluntario quādoq̄ coactoput sunt casuum diuersitates vt patet. ff. de cōdi. ob. cau. l. si quis accepto. ff. quod metus causa. l. merū. §. ex hoc edicto. ff. de p̄scrip. ver. l. ob eā fm̄ vnū intellectus. C. de trāfac. l. cū mota cū si. posset etiam ad hāc intelligētiam adduci materia. l. q̄ res. §. area. ff. de solu. l. inter stipulātem. §. sacra de. ver. ob. l. de ferre. §. fin. cū. l. sc. ff. de iure fisci. l. qd̄ in rerū. §. si. de leg. ij. cū si. sed predicta satis sunt. Sed ad oia ista videt posse responderi qz si p̄supponimus rediisse in amicitia de necessitate sequitur testatorem penitusse prioris offense. nō enim potest redire in amicitia nisi testatorem peniteat cū redire sit in pristinū statū ite sicut restitutio dicitur in pristinū statū repositio. l. qd̄ si minor. §. restitutio. ff. de mino. r. si dicis opus est qd̄ appareat de mente testatoris reintegrantis legatum dico qd̄ apparet tacite et istud sufficit vt. d. l. quod si iterū nec est verū quod requiratur declaratio voluntatis facta p̄ scripturā vel corā testib⁹ qz nullibi hoc p̄batur. et qd̄ legatus reintegret pp̄ amicitia p̄bat rōne manifestatā cessante causa cessat effectus. l. adigere. §. quāuis. ff. de iure patro. c. cū cessante d̄ appel. s. causa adētionis fuere inimicitie q̄ tūc cessant. ergo d̄ cessare effect⁹. s. adētio et sic remanere in pristinū statum cū cōtrariōm eadē d̄ esse disciplina cū sit eadē rō et p̄ hoc tollit qd̄ supradictū est qd̄ ista stent simul. s. reditio in amicitia et adētio qz hoc est impossibile per dictā regulā Sed dic dictā regulā nō obstare. nā qm̄ actus est p̄fectus et tūc cessante causa nō cessat effectus. bar. in. l. ij. §. si. ad si. ff. de dona. r. Bar. in. l. ex duobus in prin. iij. colū. ff. de duo. reis. sed in casu nro actus erat p̄fectus. s. reuocatio legari. p̄pter inimicitiam ergo non cessat effectus per reditorem in amicitia. nō obstat si dicas qd̄ sicut quando ei legat oportet quod appareat p̄ testes aut per scripturā ita qm̄ reintegrat cū de nouo det p̄ ea q̄ notat bar. in l. heredes palā. §. ij. ff. de testa. qz respōdeo negādo quod de nouo det vel videat dare

qz nūcquis v̄ de nouo dare qm̄ cōfirmat vel reintegrat actū ipso iure nullū s. legatum pp̄ inimicitias non annullatur ipso iure sed tūc ope exceptionis pp̄ voluntates testatoris que p̄sumitur abesse. et hoc dicit rex. in. d. l. iij. ergo nō censet de nouo dare per no. per Bar. et alios in. l. more. j. col. in. ff. de iuris. om. iud. et ista de legato dixi quo ad intellectū. d. l. iij. in. ff. cū. l. seq. que intellectū cōtra oēs doc. puto in p̄nto iuris esse verū qz si recte consideras. s. adducta ad intelligentias illius. l. tolli nō possunt. s. qd̄ nō per solam reintegratiōem amicitie reintegretur legatus. Logica tūc qz doc. oēs simplr̄ pertranscūt et aliqd̄ verbum. s. adductū non ponūt. De exheredatione autē quid sentiā dicaz inferius. et qd̄ exheredatio nō intelligat reuocata p̄bat qz esset facta sub conditōe. l. exheredo filii nisi reuertat in amicitia q̄ non potest fieri sub conditōe. l. et si pepererit in pn. et ibi Alex. ff. de lib. r. posth. Ad hoc potest responderi qd̄ ista est quedaz conditio tacita pendēs a voluntate testatoris q̄ nō vitiat exheredationē tals ois exheredatio posset dici facta sub conditōe. et per consequēs nulla exheredatio valeret. qd̄ nō est dicendum cū in ois exheredatione insit tacita conditio pendēs ex voluntate testatoris. s. exheredo filii nisi reuocet exheredationem. preterea d̄ in. l. posthumus. in. prin. c. ff. de iust. test. qd̄ si posthumus nesciēs rūpat testm̄ et viuo testatore decedat conualescit testm̄ absq̄ alia declaratione voluntatis testatoris. et rex. in. l. q̄ liberis. §. restamēto. ff. de bo. posth. fm̄ tabu. dicit qd̄ si quis post factū testm̄ dederit se i arrogationē testm̄ rumpitur. et si efficiat sui iuris testm̄ recōualescit nisi expresse in codicillis vel corā testibus declaret voluntatē suā. Jaso. in. l. si arrogator. in. xvj. col. ff. de adop. con. cor. dat istā iura sic qm̄ testm̄ rūpatur ex facto alterius loquit. l. posthumus. qm̄ vero rūpatur ex facto voluntario testatoris loquit. §. rest. et istā doctrinā sentit Bar. in. l. si qd̄ filio exheredato. §. quatenus in. ff. de iust. test. modo in p̄posito exheredatio est facta voluntate testatoris et eius factorū attentā p̄dicta doctrina nō d̄ posse reuocari nisi exp̄sse appareat de voluntate. Ad hoc potest r̄nderi qd̄ immo in casu isto exheredatio fuit facta facto filij et sic alteri cū cōmiserit aliquā causaz ingratitudinis et sic et facta et cā put est in adētionē legati

qz censet ademptū tacite per solas inimicitias absq̄ reuocatiōe exp̄ssa facta a testatore cū culpa et facto legatarij hoc p̄cesserit. r. Bar. in. l. cum tabulis. §. j. ff. de his quib. vt indig. vel aliter potest r̄nderi qd̄ sumus in diuersis terminis et aliud est querere vtrū accus semel reuocatus ex facto voluntario testatoris possit reuocari tacite et dicendum est qd̄ non. d. §. testa. et ita procedant supradicta. et aliud est querere vtrū actus factus a testatore qui nunq̄ fuit reuocatus possit tacite reuocari. et ita est in casu nostro et dicendum est qd̄ sic p̄t in. d. l. iij. in. ff. declarando vt supra. S. p̄ opinione Bart. videtur rex. in. l. l. ipsius. C. fami. ercis. vbi d̄ qd̄ si dñs cauerat qd̄ vnus ex seruis suis moraretur in vinculis et alter venderet exportandus ibi qd̄ per clemētiam tollitur illa offensa s. scripturam probetur d̄modo aliquomō hoc consuet̄ preferim cū talia eoz merita pretendant vt ira dñi potuerit mitigari. et fm̄ Bal. ibi de dispositione odiosa facile receditur p̄ dispositionē favorabilem. pondera ergo qd̄ si istud procedit in seruo et sic in extraneo multo fortius p̄cedet in filio. quid tenent dñi in isto dubio passū vt qd̄ opinio bar. sic vtrior per. d. l. in ipsius. et alia p̄dicta et obiectionibus. s. factis est bene r̄sum iudicio meo. Dico in primis qd̄ illi qui dicunt Bar. in. d. l. iij. in. ff. decidere exhereditates esse reuocata pp̄ recōciliationē non bñ d̄ cū qz Bar. hoc nō dicit ibi nec vnq̄ dicit. S. querit de illa. qz arguit de illo text. p̄ parte affirmatiua et relinquit indecisus. et ita vt intelligere Bar. Arc. in. l. filio quem pater in. j. col. ff. de lib. r. posth. vñ dico in dubitanter talē exheredationē pp̄ recōciliationē nō esse reuocata. hoc p̄robabo lege et auctoritate. probo lege qz rex. est in terminis in. d. l. filio quem pater. vbi d̄ qd̄ si pater exheredauit filij emancipatum et postea arroget eū. et p̄ consequens reuertatur in amicitia patris et recōcilietur qz per hoc nō tenetur exheredatio reuocata. Et est ratio fm̄ doc. ibi qz si per istā recōciliationē esset reuocata exheredatio filius inueniret se preteritū. et p̄ consequēs rumpet testamentū qd̄ non videtur esse de mente testatoris cū nemo p̄sumatur legisse iam per quā sua dispositio infringatur. l. iij. ff. de testa. mili. auctoritate probo qz hoc sentit expresse Arc. ibi in. d. l. filio. que pater dum allegat Bar. in. d. l. iij.



et ita sentit etiam Alex. et Pau. de ea. ibi. et per predicta hanc partem tenere in iudicio et consulendo quidquid dicit Jas. in d. aut. nō licet. Non ob id. in ipsius. C. fami. et c. quia ibi nō sequeret irritatio restamēti sicut in casu nostro. Sed quero nūquid verba gñalia sufficiant ad remissionē iniurie et sic exheredationis. verbi gratia dicit pater cuilibet filio meo dono decē. vtrū p hoc videat filio exheredato offendenti in iniurias remittere et sic exheredationē dic q nō qz verba gñalia debēt referri ad merē res non aut ad indignos vel odiosos etiā in materia fauorabili: vt est in vltimis voluntatibus. rex. est. not. in. l. lucius tyrius. §. lucius tyrius dānas. ff. de leg. ij. qd verū est fm Bal. in. d. l. in ipsius fami. et c. in fi. nisi oēs offenderint. qz tūc de necessitate refert ad offendētes et odiosos vt dispositio aliquid operet arg. l. fundus q locat. ff. de fundo instruat. l. q concubinā. §. qui ortos. ff. de leg. j. cū simi. qd nota oia predicta qz alibi hoc modo declarata non repe- ri qz doctores simpliciter transeunt.

¶ Norat. doc. in. l. edita. C. de edē. qd l. libellus obscurus gñalis in incertis parte opponere nō procedat: tñ secus est parte nō opponere. per tex. in. l. si. in fi. C. de an- na. excep. vbi Bar. et alij doc. et est tex. in. c. significatibus. de libel. obla. vbi sufficit pe- tere in genere licet postea reuocet in irritū vt ibi. Sed hoc vt falsum per tex. in. l. si in rem in fi. in verbo debet. ff. de rei ven. d. ibi q in libello quis d. exprimere causas z rem z circūstantias rei. pondera verbū d. qd importat necessitatē. c. j. de dolo z d. ru. et ibi ab. l. paulus. la prima. ff. de re. iudi. z ibi doct. ergo necessario requirit q libellus sit certus als est ipso iure nullus nisi dice- res qd loquit qñ pars opponeret et sic vt libellus pcedat parte opponere necessitatē facere illa de quibus ibi. z hoc vt iura iuri- bus cōcordent. l. j. C. de inoffi. doc. sed hoc est diuinare: sed pōdera q ille rex. pcedit dando formā. vt etiā ptz in pñ. illius. l. dñ loquit conditionalit per id qd no. Bar. in. l. si. §. si. ff. de dona. z Bal. in aut. mīi z anie- pñia col. C. qñ mul. ru. offi. fun. z ias. in. l. ij. §. qd si presens. in. vj. col. ff. sol. ma. runc sic nō seruata forma actus est ipso iure nullus inter cetera. ff. de libe. z postbu. l. cū hi. §. si pteoz. ff. de trasfac. sed in casu nostro nō est seruata forma qz libellus nō est certus prout requirit in. d. l. in re. ergo est nullus

Nec potest dici q hoc solus sit inductū in fauorē rei. vt possit melius deliberare an velit cedere vel cōtendere. l. j. et ibi not. C. de edē. z non fauore perentis. qz respectu eius libellus incertus bz sua substantia: nimirū si reo tacente et non opponēte pcedit libellus: qz tacite vt renūtiare. d. l. si. de anna. excep. et quilibet pōt renūtiare fauori suo. l. pe. C. de pac. qz cū sit omissus ordo iuris. s. q libellus sit certus qd est de ordine iuris: vt. d. l. si in rem. et sit omissa forma legis cōsensus partis nihil operat. cum forme legis z ordinis iuris non possit renūtiari glo. in. c. dispendia. z in. c. statu- rum. de rescrip. in. vj. z qd no. Bald. in aut. si quis in aliquo documēto in. j. col. C. de eden. vbi dicit no. qd si quis cōsentiat pu- blicationi testiū ab aduersa parte produ- ctōz: si tñ tales testes non fuissent recte et rite recepti. talis cōsensus nihil operatur facit qd si talis libellus incertus pcederet iudex postea teneret ferre sententiā incer- tam. cū sententia debeat esse cōformis li- bello: vt. l. fundus. ff. cōi diui. qd non est di- cendū. §. curare. in. si. de actio. Nec obstat. d. l. si. in fi. de anna. excep. vbi est fundamē- tum doc. qz loquit de interrūpenda p̄scri- ptione et sic in libello citatorio. vt ibi ptz. z ideo nō refert an sit generalis z pars nō opponat qz etiam si opponeret sufficeret ad interrūpendā p̄scriptionē. z hoc vo- luit Ja. but. vt refert Ang. in. d. l. si in rem. in fi. qz quelibet citatio gñalis z indiscreta interrūpit p̄scriptio. vel oblatio. inep̄ti libelli. ad hoc vide Bar. z ibi in appo. in. l. accusaturus. ff. ad. l. iul. de adulte. z Jas. in. §. curare. in. iij. col. in ver. vj. predicta reg. in. si. de actio. ad. c. significatibus. respōde qd procedit de facto vt de facto in irritus reuocetur: ita respondit Barba. in appo. ad Abb. in. d. c. significat. qd tene mēti qz fm ipsius hoc destruit multas doctrinas doc. Sed ista respōsio nō vt aliquo modo tol- lere dñum: naz dicitur ibi in fi. qd si ita est prout narrabat p̄cessus reuocatur in irri- tum. l. quatenus de facto p̄cessit cū sit nul- lus ex eo quod pars opposuerat ergo a cō- trario sensu si non est ita vt narrabatur z sic si pars non opposuit nō d. reuocari in irritū sed debz valere. Sed ad hoc realiter respondeo et dico q ibi relatio nō d. fieri ad oia supradicta ne resultet exorbitans z correctio. l. si in rem. ff. de rei ven. per gl. et ibi Bar. z Are. in. l. talis scriptura. de leg. j.

et per tex. in. l. vrozem. §. j. de leg. iij. vñ illa clausula si est ita zc. nō refertur ad id qd. §. dixerat de oppositione facta cōtra libel- lum generalē z obscurū per predicta z per consequēs argumentus a contrario sensu sumi non potest cū resultaret correctio le- gis: vt no. doc. in. l. j. ff. de offi. eius cui mā. est iurisd. Sed videtur qd ad oia predicta respōderi possit primo q forma legis que est inducta ob certā causam q nunc cessat potest renūtiari. l. cū hi. §. eam aut trans- acti. ff. de trasfac. sed ita est in casu nostro ergo potest renūtiari: ista em̄ forma est in- ducta ob hanc causam. s. vt reus possit de- liberare an credat vel cōtendat. que causa cessat si nō opponit cū deliberauerit con- tendere nisi diceret q ibi minor alimēta- rius qñ transegit super alimentis sine de- creto pteozis facit conditionē suam me- liorem quod secus est in casu nostro qz sa- rigatur libris et sumtibus qñ libellus est incertus quod non fatigaretur si libellus esset certus qz forte cederet z nō contende- ret: sic in casu nostro nō cessat causa pur- in. d. §. cum aut trasfac. vel ibi ideo est qz lex vltra procedit. Sed o. aliter respōdetur qd cum sit inducta ista forma in fauorem partis tñ poterit renūtiari. l. j. ff. de feris glo. in. c. de causis. de offi. deleg. nō obstat glo. §. allegare qz loquuntur qñ forma est inducta non solum in fauorē partis s. etiaz publice vtilitatis ad id qd dicitur est omissus ordo iuris zc. negatur qz non cō- numeratur inter ea q sunt de ordine iur- que ponuntur per glo. z doc. in. l. prolata. C. de senten. z. d. l. si in rem. nō probat qd sit de ordine iuris. Non obstat qd sequere- tur quod iudex cogere ferre sententiā incertam zc. quia dico q in processu dum actor probat intentionē suam certificabit libellus et declarabitur z sufficit q senten- tia certificetur ex actis. l. ij. C. de sen. que sine certa quantā. Nec obstat respōsio da- ta ad. l. si. in fi. quia si recte inspiciatur ille rex. non solus loquitur in libello citatorio ad interrūpendam p̄scriptio. sed etiam in libello peritorio z conuentionali: nam dicitur ibi quod si quis fecerit libellum ge- neralem propter hoc multe altercatōes or- te fuerant inter antiquos iuris peritos maxime pp interrūptionē p̄scrip. pōde- ra qd si loqueretur tñ de libello citatorio ad interrūpendam p̄scrip. vna tantus esset dubitatio z non plures cuius cōtra-

rium dicitur ibi. pondera etiā dicitur ma- xime que implicat idē in alijs libellis pe- ritorioz et conuentionalibus: tñ posses p- alia opi. dicere q immo ille text. nō negat quin libellus generalis dicatur nullus si pars non opponat bene dicit quod si ali- quis generaliter dixerat obnoxium sibi alio- quem constitutum z omnes actiones puta- personales et hypotecarie et similes et competentes et incerta libelli confectioe p̄scriberentur qd nihilominus reiectis dubitationibus que emergebant vult qd ad illas actiones in narratione libelli nō contentas interrūpatur p̄scriptio quia videtur omne ius suum in iudiciū dedu- xisse qz vt. §. dixi etiam per oblationem li- belli inepti qui est nullus interrūpatur p̄scriptio et sic fundat se in p̄scrip. z a- liter dicere esset corrigere. d. l. si in rem. qd non est dicendū nisi aperte constet. l. p̄s- cipimus. in. fi. C. de appel. quid tenendus in isto passu dubio videtur mihi quod ista pars in puncto iuris sit verior z disputari- ue teneri possit. Cogita tñ. retenta tamē opinione communi limita no. reg. d. l. si. in fi. de anna. excep. qd iudex ex mero offi- cio etiam parte nō opponente potest co- gere actorem vt libellum suum obscurum declarat. ita dicunt Bald. Saly. et Jas. in. l. ij. C. de trasfactio. Limita etiam proce- dere in causis civilibus secus in causis cri- minalibus vbi libellus generalis z obscu- rus etiam parte non opponente est ipso iure nullus vt per papientes in. l. prima. l. j. colum. vbi istud limitant. ff. de edē. quod valde nota predicta quia non inuenies a- libi ita declarata.

¶ Regula est qd leg. tñ reuocatur pro- pter inimicitias capitales vl' grauissimas superuenientes inter testatōz z legatariū. l. ij. §. si. ff. de adimē. leg. qd amplia p̄cede- re etiā si testatōz post tale legatū reuoca- tum fecerit codicillos in quibus nō reuo- cavit legatū factū illi put poterat si vole- bat: et per hanc p̄sumtionē non definit esse reuocatum legatum cū videretur dicen- dus q sic per reg. l. diuus. ff. de in integ. re- sti. qz vna p̄sumtio tollit aliā. sicut qñ p- reconciliationē reintegratur legatū eodē modo esset dicendū in casu nō tñ vt dixi in dñum no. Bar. in. l. filia. §. seto. per tex. solennē. ff. de adi. leg. qd bene no. qz multi dicerent dñuz. istā amplia. ego limitarem qñ in codicillis testatōz reuocaret exp̄s-



se ex aliqua ex legatis iā tacite reuocatis ppter inimicitias et aliq nō qz tñc illa que expse nō reuocauit dicerē qd deberentur ex quo em reuocauit qdā et qdā nō. vñ ex pte apparet de mēte sua qd nō vult reuocare illa q expse nō reuocauit arg. l. cū ptoz. ff. de iudi. c. nōne. de psum. facit ter. in. l. cū hoc stat. §. qui quasdam. ff. de dona. iter vi. Intelligere tñ dicitā limita. nō pcedere qñ tale legatū semel reuocatum fuisset factū ex plurib' corporib' existenti bustqz tñc si ibi reuocaret qd esset pncipale extingueret. in totū legatū et al' secus pter. in. l. peculif. §. quadrige. et ibi no. Bar. ff. de lega. ff. predictā tñ regulā nouiter limitare nō pcedere qñ legatarius ignorat ter incidisset in inimicitia cū testatore. qz tunc nō puiaret legato arg. eoz q. no. gl. et Bal. in simili in. c. j. q. mo. seu. amit. vbi habet qz si qd insultat dñm que nescit esse dñm suū nō pdit feudū nisi esset ignorantia crassa et supina qz paria sunt scire vel scire debere. l. qd te. ff. si cer. pet. et idē dicit ibi gl. si cōcubuit cū vxore dñi sui nescies eā vxore. sequit Alex. in appo. ad Bar. in. l. itē apud. §. si qd virgines. ff. de iniur. cogita tñ adde qz Bar. in. l. cū tabulis. §. j. ff. de his q. vt indig. singulr limitat dicitā regu. nō pcedere qñ inimicitie pcessissent culpa testatoris p illū. §. j. que Bar. ibi reputat menti tenendū. Jas. vno in. l. si filia tuā in pn. C. de inoff. test. reprobat illā limita. et bñ iudicio meo. p quo facit ultra ipm. l. si inimicitie. ff. de his q. vt indig. vbi dicit qz legatū reuocat si legatarius palā et aperte maledixerit testatori ergo a parricidiosis si bñ dixerit nō reuocat. tunc sic in. d. l. cū tabulis. §. j. bñ dixit nō patiēdo se esse cōcubinā patroni nimirū si nō reuocatur et sic illa lex sup qua se fundat Bar. nihil facit qz nō est distinguendū ex qua parte inimicitia sit causata ita in silii. dicit glo. no. in. l. atblere. §. dat remissionē in p. inimicitia. et ibi not. Bal. quā dicit nō esse alibi. ff. de excu. tuto. Tame si vellemus tenere opi. Bart. ex suis dicitis posset inferri qz si post testamentū testator fecisset insultū legatario sine illius culpa forte quia habebat rem cū vxore ipsi' legatarij ppter hoc nō censeretur reuocati legatū qd forte pcederet etiā si legatarius ipsum testatorē insultantem pro necessaria sui defensione interfecisset. vel si ipsum testatorem vilem personā cum vxore repertū interficiat per

ter. no. d. §. j. l. cū tabulis. Sed quero nunquid donatio causa mortis censetur tacite reuocata ppter superuenientē inimicitiam sicut legatū videtur qz nō per glo. in. l. cū maritus. §. si. ff. de pac. dota. et in. l. ij. C. de iur. do. vbi glo. soluendo quoddam contrariū dixit qd licz ibi sit donatio causa mortis et possit reuocari ad libitū donantis et in eius absentia tñ requiritur qz fiat per modū expressum et non tacitū: puta si alteri donat vel legat quis rem mihi prius donatam causa mortis q opinio est multū no. et vtilis in practica. et pro ea vñ ter. in terminis nō violando literam in. l. vxori sue. ff. de dona. inter vi. vxor. et sic pter qz nō censetur reuocata ppter superuenientem inimicitia sicut legatū: vt supra dictum est qd intelligere nisi sequatur indignitas q habetur in. l. si ab hostibus. §. si. ff. so. mar. Nec obstat si dices donatio inter virū et vxorem q morte confirmatur reuocatur per tacitā penitentia alteri legando vel donādo. l. cū hic status. §. si maritus. et. §. qui quasdam. ff. de do. inter vir. et vxor. nā ad hoc respondeo qz illa est magis debilis a sui initio nimirū si per tacitam penitentiam reuocatur: qd secus est in casu nostro qd nota valde predicta qz si vera essent limitarent totū titulus de do. causa mort' et resultat sin. differētia ultra alias per doc. traditas in. l. ij. ff. de leg. i. et per papientes in. l. non ois per totū. ff. si cer. pe. al' si tibi displiceret ista opt. opozteret diceret qz non esset vera opt. in. l. qui dotis. ff. sol. mar. quam cōmuniter tenent doc. vt non sufficiat habitam esse mentionem mortis expresse vel tacite: nisi expse hoc dicatur qd donet causa mortis: ad b vt talis donatio reuocari possit per tert. l. scia. §. si. ff. de dona. causa mortis. cū contrariorum eadem debet esse disciplina qñ est eadez ratio. Sed tamē non videtur qd sit vera ista opinio quia preter qz quo ad ordinationē donatio causa mort. equipozratur legato. vt not. doc. in. d. l. ij. de leg. j. sed legatū reuocatur ergo donatio causa mort. nec valet responsio qd donatio inter vir. et vxor. debilior sit in sui initio qz nos non tractamus de initio donationis sed tñ de reuocatione: et qm ad hoc eiusdē sunt potētie quia sicut vna reuocat munda et simplici voluntate ita et alia et sic p dicta opinio redditur dubia quia ad. d. l. vxori sue non posset cōmode responderi.

Distinguerem tñ sic aut donatio cā mort. incepit a traditione et tñc nō intelligatur reuocata. nisi reuocet expse qz patiēdo re esse apud donatariū nō vñ habere alius reuocandi. aut incepit a pmissione et tunc censent reuocata. Sed nisi quid erit adhibenda distinctio de qua. s. an inimicitie superuenierint ex culpa donatarij vel donantis sicut in legato. Logita et tene mēti oia predicta quia alibi non inuenies. )

¶ Notant doc. in. l. si cōuenierit. ff. de iur. om. iij. qd si debitor pmittat soluere in quocūqz loco placuerit creditori quod istud pactū nihil releuat qz verbū placuerit nō est absolute voluntatis sed intelligitur arbitrio boni viri. l. in his. §. sorozes. ff. de fideicō. lib. doct. in. l. si sic. ff. de leg. j. l. s. contrariū teneant ibi nōnulli doc. Tandē moder. ibi distinguunt aut in pacto est appositi verbū importās arbitriū boni viri vt est verbū placuerit et tunc pcedit quod dictū est. aut est appositū verbū importās liberam et absolutā voluntatē vt est verbū voluerit et tñc procedit cōtraria opi. quod immo creditor poterit cōuenire debitozē vbiqz voluerit. qd verbū voluerit sit absolute voluntariū pbat in. l. cū quidā. ff. de leg. ij. Bar. et alij in. l. si sic. ff. de lega. j. et istaz diss. approbat oēs. Sed recolo quod al' reprobaui hanc distinc. in. q. mēbro et multū placuit preceptorū meo p doctrinā no. et mēti tenendā Alex. in. l. j. in. vij. col. ff. sol. ma. et in. l. ij. §. si in. ij. col. eo. ri. et in. l. postulante. in. iij. col. ff. ad treb. sequitur Soci. in. l. si qd arbitrati in. j. col. ff. de vbi. obli. tre. cōsi. r. iij. in. vij. col. in. si in qbus locis dicit qz vbi quis pmittit qd confert in voluntatē alterius ad quē pertinet intereste licz p verbū volo tñ semp intelligit de arbitro boni viri si pmittēs tractat de dāno vitando. allegat glo. no. in. l. pe. ff. de arbi. et idē dicunt esse de mēte Bar. in. l. si. ad si. ff. de pzo. stip. dñ allegat. l. creditor. §. lucius. ff. man. et ad. l. cū quidā. de leg. ij. rñdent quod ibi nō tractatur de dāno vitando sed de lucro captando put ibi apte pter qd Alex. dicit esse menti tenendū quia qm ad hunc passum hoc declaratus nō reperit. ita dicebam in casu nostro qd licz pmissio fiat per verbū voluerit importās liberam voluntatē: tñ quia tractatur de interesse et de dāno vitando ipsius debitoz' ris promittētis qz magis sibi expedit solvere et cōueniri in vno loco qz i alio intel

ligitur facta promissio arbitrio boni viri. Et ideo nouiter etiā inferebam ex p dicta doctrina quod licz verbū placuerit importet arbitrium boni viri hoc ideo est qz tractatur de interesse. vt pter in. d. §. sorozes. qz prius seruus anteq cōsequatur libertates debebat reddere rationē sed qñ nō tractatur de interesse nec de damno vitando tunc dico quod importat liberā et absolutam voluntatē. l. fideicōmissa libertas. la. ij. in ver. quod si ira. ff. de fideicō. lib. vbi loquitur de verbo libuerit quod idem importat qd verbū placuerit in gramaticos. et hoc vt iura iuribus concordentur. l. j. C. de inoff. dot. c. cū expediat. de ele. li. vj. sed ista vltima declaratio ad verbū placuerit non videtur vera qz nō est verus qd ibi tractatur de dāno vitando. immo tractatur de lucro. legatus em libertatis continet lucrū et non damnum. l. si hereditatē. ff. man. et sicut in. d. l. cum quidā dicebam quod tractatur de lucro. ita pte est in. d. §. sorozes. nisi dices qd ibi satis tractatur de interesse et hoc sufficiat: tñ dicas qz ibi verbū placuerit non fuit collatum in voluntatē alterius ad quem pertinet intereste put dixi. s. de verbo voluerit et hec videtur bona responsio. Nec obstat. d. l. fideicōmissa libertas qz loquitur de verbo libuerit qd bene importat liberā voluntatē secus est de verbo placuerit et hāc differentiam inter ista verba ponit Bart. in. l. alio in. iij. col. ad si. ff. de adi. leg. et in extrauaganti ad reprimendā in verbo videt expedire et Anathesilanus in not. xv. qd tene menti qz alibi non inuenies et faciet tibi honorem sicut mihi fecit.

¶ Quā rubrica est generalior nigro nō dō restringi per nigri specialius loquens immo sufficit ad decisionē cause si hz pba perfecta. ita no. doc. in. l. j. ff. si cer. pe. et id Pau. de. cast. cōsil. 334. in cip. presens casus modica dubitari. habere vñ cōsuluit qd si Rub. statuti dicat qz filia dotata nō succedat. postea in nigro dicat filia dotata non succedat matri nec auie matēne. de pte aut nihil dicat quod dictus statutū habeat locū etiā in patre cū rubrica sit generalis. sequitur ibi Alex. in. d. l. j. et in consil. j. in. iij. vol. Jas. tñ in. d. l. j. et trium sex fundamentis. sed priusqz eis in forma respondeam qz intendo contra ipsum tenere adduco in primis pro opin. pau. quod egregie consuluit Rappa. cum. et plures alij



consi. c. vñ. incip. qd̄ quilibet hereditas &c. quod stare statuto qd̄ quilibet hereditas ascendentiū deferatur masculis legitime descendentiū exclusis feminis cū dotare fuerint. quod licz tale statutū gñaliter loquatur nō hz locū in successiōe maris vel aucte matris sed solum in ascendentiū p̄ lineā masculinā sequit̄. Jas. in. l. iij. §. p̄tor. at. in. p̄m. iij. col. ff. de in ius vo. vbi dicit qd̄ est noua decisio & magna ad intellectū cū illius statuti. mouetur. Raph. qd̄ statutum excludit feminas qz sunt dotare sed ista ratio dotandi cessat in matre et auia qz ad eas nō pertinet officium dotandi. l. mater. C. de iure do. ergo nō comprehendit matrē qz d̄z intelligi de hereditariis eorū qui tenentur dotare sic de hereditate patris vel lineae patris cū ergo v̄ba nō conueniant matri nec eius dispositio. l. iij. §. roties. ff. de dam. insec. l. qd̄ constituti. ff. de mili. testa. cū simi. et quod tale statutus intelligat si dotare fuerint ab ea persona de cuius hereditate agitur & nō ab alia. t̄z no. Bal. in. l. j. C. de legi. here. cū conco. q̄s dat. Jas. in. l. qm̄ nouella. C. de inoff. testa. vbi limitat nisi ex verbis statuti colligetur qd̄ etiā aliunde dotata deberet excludi. modo in p̄posito cū rubrica dicat filia dotata non succedat intelliget̄ dotata ab eo cuius erat officium dotare q̄ est pater. ergo loquetur de hereditate patris: facit etiā qz si statueres fuissent interrogati de hoc verosimiliter idem disposuissent. ergo &c. glo. in. l. tale pactū. §. si. & ibi doc. ff. de pac. qd̄ disposuissent. idē p̄z qz maior ratio est qz filia excludatur a successione patris qz matris vel aucte maternae: ratio statuti excludētis filiam dotatā a successione matris est vt cōseruetur agnatio & familia ne bona perueniant ad extraneos. Bal. in. l. maximū viriū. C. de libe. p̄te. s̄ ista ratio multo fortius hz locus in hereditate patris ergo idē disposuissent qz concernit fauorē propriū agnatio. & p̄prie masculoz consuetudine. quibus grauius m̄ et iniuriosius m̄ esse dignoscatur domus p̄genitoz suorum forte & situs in quibus antiquata est forte agnationis fama ius & nomē videre ad extraneos deuolutas & imagines maiorum suoz hoc est arma sua & insignia videre reuulsa arg. C. de admī. tur. l. lex que rutores igitur h̄m̄di. exēplo fauore agnationis atrin̄ris et conseruatis famam et nomē agnationis absqz dubio v̄ adiecta

qz fauorē eius principali concernit arg. ff. de contrahē. em. l. si in em. in prin. & quod no. in. l. veteribus. ff. de pac. in glo. & ista ratio perinde est ac si esset in statuto expressa. s̄m̄ Bal. in. d. l. maximū viriū. & in. l. si. ff. de here. insti. & ibi Jmo. Sali. in. l. n̄. C. de no. ra. Item cum vnica t̄m̄ possit reddi ratio perinde est ac si esset expressa & ex ea argui p̄t̄ extensiuē. Jas. in. §. oius. in. viij. col. in. si. insti. de acri. possit aliq̄s dicere qz fauor agnationis non sit ratio dicti statuti nisi sit expressa. vt sing. voluit Bar. in. l. liberoz in. vj. col. ver. bis p̄missis. & ff. de verb. sig. sequitur Arc. in. cōsi. xvij. incip. p̄ponitur in facto in. iij. col. in. si. Alex. cōsi. lxx. inci. viso et oportune &c. in. vj. col. in. v. vol. Bal. in. l. si defunctus. in. vlt. colum. C. de suis & legi. & in. l. tytia. cū test. §. lucius tyrius. el. ff. de leg. ij. vbi per illum text. dicit. qz ratio istius statuti est qz masculi maiora onera supportant qz feminet̄m̄ prima ratio videtur cōmunio: vt per papientes in. l. iij. & iij. col. C. de success. edic. pro eis qui tenent qz illa nō sit sola ratio. facit qd̄ not. Saly. in. l. serui nostri. C. de no. ra. qd̄. l. vlt. statuto nō presumitur quod sit vna sola ratio sed plures sequitur & multū exclamat Alex. in. l. si constante. in. vj. col. in. prin. ff. sol. mar. Sed alia opi. est cōmunio: vt dixi. nō ob. si dicat inclusio vnus est exclusio alterius. l. cum p̄tor. in. prin. ff. de iudi. c. nōne. de p̄sum. sed in nigro in dispositiōe statuti includitur hereditas matris: ergo videtur exclusa hereditas patris. ad hoc respōdeo qz dicta reg. non p̄cedit qm̄ in omisso esset eadē vel maior. ratio glo. no. & approbata in. d. l. cū p̄tor. s̄ in casu nostro est maior ratio. vt supra dictū est ergo &c. nō obstat qz casus omisus in statuto habetur pro omisso & remanet in dispositione iuris cōmunis. l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. l. si cum dotē. sol. mar. cū simi. qz hoc fallit qm̄ statueres verosimiliter statuisent glo. in. d. l. tale pactū. quod verosimiliter statuisent. s̄. probatū est. Non obstat qd̄ statutū non dicit qz filia dotata excludatur a successione patris ergo nec nos. l. si seruum. §. non dixit p̄tor. ff. de acquirenda hereditate. Nam si statuentes voluissent idem iuris esse facile erat exprimere de patre. l. j. §. pe. C. de cadu. tollen. c. inter corpora. lia post mediū. de transla. p̄ela. Item statuta t̄m̄ disponunt p̄rum loquuntur nō plus. Bald. in. l. testamentum. non ideo in-

ultimis verbis. C. de testa. qz ad hoc eodem modo responderetur qd̄ fallit nisi statueres verosimiliter idem disposuissent. facit qd̄ not. Ang. in. l. gallus. §. et quid si t̄m̄. de liber. & posthu. qz dispositio testatoris facta in vno casu extenditur ad alium de quo testator verosimiliter idem disposuisset. pro quo etiam est tex. in. l. lucius. §. si. de lib. & posthu. & ibi no. Adde qz dispositio nūq̄ trahitur ad incongrua Ang. cōsi. cxxliij. inci. philippus cuius &c. contra p̄dicta fortiter facit text. in. l. si quis ita. §. pe. ff. de test. ru. & glo. approbata in. l. lucius. in. prin. de lib. et post. que vult qz si testator instituat filios suos licet ista institutio sit gñalis t̄m̄ nō trahitur ad filium quē testator ignorabat se habere et t̄m̄ verosimilitudo est qz si testator sciuisset eū habere ex naturali charitate eum instituisset. arg. l. iij. C. de inoff. test. & illam glo. sequitur Bar. & Dy. in. d. l. si quis ita. §. pe. vñ per ista Arc. in. d. §. et quid si t̄m̄. Limitat p̄dicta non p̄cedere qz deberet fieri extensio de vna persona ad alias. sequitur Jas. in. l. cū res. in. ij. col. de leg. j. & sic in casu nostro extensio fieret de vna p̄sona ad aliam p̄dicta non p̄cederent: & p̄ consequens casus omisus remaneret in dispositione iuris cōis. Ad hoc r̄ndeo qz limitata data per Arc. nihil facit in p̄posito. nā loquitur in dispositiōe hois vt patet recte inuenit̄ ita loquunt̄ iura allegata per ip̄m. Sed nos loquimur in dispositione statutaria & sic in dispositiōe legis. & ita loquit̄ gl. in. d. l. tale pactū. §. si. & ratio diuersitatis est qz facilius extendit dispositio legis qz dispositio hois s̄z Arc. in. d. l. ij. in. ij. col. de le. j. & in. l. gallus. §. si eius in pe. col. in. si. de lib. & posthu. & p̄z ex no. in. d. §. & qd̄ si t̄m̄. Itē ideo in nigro statueres expresserunt t̄m̄ de m̄re et linea materna qz si nihil expressissent nō fuisset cōprehensa in dispositiōe statuti p̄ id qd̄ cōsuluit Raph. in. d. con. si. de patre asit ideo nō expresserunt in nigro. qz satis erat expressum in rub. buz dicit filia dotata &c. per ea q̄ dicta sunt. Itēz qz hoc erat minus dubium. nec obstat quod istud statutus est correctoriū qz corrigi. l. si. C. de lib. p̄te. ergo d̄z restringi vt min⁹ corrigat ius cōmune qz sit possibile. l. si. C. de no. ra. c. cum dilectus. de cōsue. qz multum large intelligi d̄z cū censeatur fauorabile s̄m̄ Bar. in. l. prima. C. de sum. trini. & fide catho. Bald. Saly. & moder. in. l. ij. C. de in ius vo. Non obstat fundamēta Jas.

quia respondeo & quo ad primum dico qz ista rub. habet orationē perfectam oīno nec est bona consequētia oratio est obscura ergo non est perfecta: quia ista possent simul stare p̄maxime cum nō probet aliqua lege &c. Ad sc̄m̄ ipse respōdet. An tertium dico qz hoc non est aliqua dubietas cum expresse appareat mente statuentiū fuisse quod filia excludatur a successiōe patris per illum verbum dotata &c. vt supra dictum est cū mens semper attendēda sit etiam si verba statuti offendantur. Bal. in. l. contra. ff. de legi. et ratione maioritatis rationis. quod non sit dubietas p̄z quia Rub. loquitur indefinite et sic equipollet vniuersali. l. si pluribus. et ibi Bar. de leg. ij. cum sit eadem ratio in vniuerso cōprehenso: vt sepius dictus est: vnde perinde est ac si vniuersaliter exclusisset ab hereditate oīum patris. s̄. & matris. & sic nulla est dubietas. Non obstat illud subtile argu. quod facebam contra ip̄m quod indefinite equipollet vniuersali non ex propria significatione sed ex interpretatione. l. si seruitus. ff. de serui. v̄ba. p̄edi. Bar. in. d. l. si pluribus. Jas. in. l. stipulatio ista adijcere circa princi. ij. colum. ff. de verb. oblig. ergo non habz locū in statutis in quibus debent stricte et proprie intelligi verba et non interpretatiue. l. ij. §. hec verba. cum si. ff. de nego. gest. quia licet hoc sit verum quod indefinite equipollet vniuersali nō ex propria significatione sed ex interpretatione t̄m̄ in omni materia statutaria & etiā correctoria equipollet vniuersali. Bar. in. l. oēs populi. in. vj. q. prin. de iusti. et iur. et in. l. j. de regu. iur. Ad quartum respondeo quod istud statutum est fauorabile vt supra dictum est: nāz principaliter inductus est fauore agnationis conseruande & istud debz attendi. l. si quis nec causam. ff. si cer. peta. l. qui exceptionem. de condi. indebi. nec consideratur quod in consequentiam resulter odium ex parte feminariū. d. l. qui excep. et ita tenent docto. cōmuniter in. d. l. ij. de in ius vocan. Ad quintum dico qd̄ ista nō est proprie exhereditatio cū non excludat eam in totū immo habet dotem & sic legitimam cum dos succedat in locum legitime. Bar. in. l. tyrio centus. §. tyrio genero. ff. de cōdi. & demon. Sc̄do dico qz dato qd̄ esset exhereditatio qz iura dicentia ex hereditationē debere fieri noīatim loquuntur in dispositione hominis. secus autez



in dispositione legis: quod probatio. nam si res-  
 statore habes plures filios dicat exheredo  
 filium vel dicat exheredo filios exheredatio  
 non videtur. l. h. et ibi doc. et in l. tyrius. in p. ubi  
 Ang. Jmol. et arc. de lib. et post. tñ si statutum  
 dicat filia dotata non succedat vel filie dota-  
 te non succedat vs. et si sint plures filie exclu-  
 dant a successione et si fundamentum. Jaf. eēt  
 vtz sequeretur quod statuentes deberet noia-  
 re oia noia filiarum oium cuius singulr quod  
 est impossibile et derisoriu. Tertio rñdetur  
 quod nomen filie satis notatum est expressus. et  
 hoc rñ requiritur a lege et non sint notatis  
 expressa bona paterna a quibus exhereda-  
 tur. Ad sextu dum dicit statutum de intelligi  
 ut aliquid operetur et ita intellectum de re-  
 stringitur min⁹ ledat ius comune quod sit pos-  
 sibile dico istud fundamentum esse de directo  
 Reg. positā per Alexā. in aut. ex test. C. de  
 colla. ubi dicit quod qñ constat quod lex venit cor-  
 rigenda in vno et dubitat vtrū corrigat in  
 alio quod illa lex de intelligi gñalr vt corrigat  
 in oibus. allegat. c. extra christianos. de he-  
 re. in. vj. iñtra doctrina Jmol. in. l. si v. o. §.  
 de viro. ff. sol. mar. vñ puto sic dicendum et  
 trado vñā nouā doctrinam quā credo esse  
 verā tñ cogitabitur si procedet. dico ergo  
 quod qñ est dubiu vtrū corrigat in aliquo  
 et tñc si intelligeremus legē vel statutū quod  
 non corrigat ius comune verba legis vel sta-  
 tuti improprietate non sunt impropria  
 da sed debent sumi in propria significatiōe et  
 per hoc corrigatur ius comune ita procedit  
 quod not. Bart. in. l. iij. §. p. ror. ait. ff. de  
 dā. infec. quē ira intelligit Abb. in. c. cū di-  
 lectus. in. iij. col. de cōsue. aut pba non im-  
 propriatē sed possent capi in significa-  
 tione stricta larga et largissima et tunc sunt  
 intelligenda eo modo per quē non corriga-  
 tur ius comune etiā si caperes pba in lar-  
 gissima significatiōe. et ita loquitur rex. in. d.  
 c. cū dilectus. de cōsue. Aliquā constat quod cor-  
 rigit et certū est quod corrigat in vno tñ est  
 dubiu vtrū corrigat in alio et tunc de intel-  
 ligi vt corrigat in oibus ita pcedat quod no.  
 Alex. in. d. aut. ex testa. et ita sumus in casu  
 nostro: nam certū est quod corrigat in matre  
 sed dubiu est vtrū corrigat in patre ergo  
 de intelligi indistincte corrigat in oibus  
 vel vt dixi. s. de intelligi large cū censeatur  
 favorabile et sic extensio fieri potest egregie  
 Pau. de cast. Bal. et Alex. in. l. q se pcedens.  
 C. unde lib. et ibi Jaf. ad si. xvij. col. ubi tra-  
 dit sing. limita. ad reg. quod in statutis p-

ba debent proprie et stricte intelligi quod  
 nunqu exeat mentem tuā. Et per hoc ma-  
 nifeste apparet oia fundamenta Jaso. esse  
 sublata et veritas. istius decisionis nota.  
 quod p dicta serua memorie quod alibi hoc mo-  
 do hunc passum declaratum non inuenies:  
 si aut bene dixerit. Deus laudetur: si autem  
 male redarguar. vt vtar verbis Bart. in. l.  
 non solum. §. morte post pncipi. q. colum.  
 ff. de ope. no. nuntia.  
 8 Nota quod i casibus clandestinis vt in  
 furto: probatio per cōiecturas dicitur ma-  
 nifesta vt si pbatur quod hostium noctis rpe  
 fuit fractum vel quod famulus aufugit: ita r  
 Bar. in. l. si quis ex argentariis. §. p. ror. ait.  
 ff. de eden. quē ibi sequuntur cōiter doc. et  
 dicit Ang. quod semel vidit de facto istū casus  
 perusij in quodā fullone quosdam pannos  
 rerinere in apotheca. que de nocte fuit fra-  
 cta. et Spec. in. ti. de pigno. in. prin. in. ver.  
 et nota quod si creditor et ver. sequenti. ubi  
 subdit vñi singulare verbū quod p accla-  
 mationes factas in domo de nocte ad vi-  
 cinos succurrere quod fures sunt in domo quod  
 oia exportant non probatur furtus: quia  
 alias multe fraudes possent fingi. quod val-  
 de nota. Adde etiā quod not. vult Bar. in.  
 l. quod ad pcedens. C. de murileg. lib. xj. et  
 vero vltra doctores dicas quod saltem tales  
 acclamationes faciēt indicia per id quod  
 not. Bal. in. l. j. §. potuisse. ff. ad silicia. ubi  
 per illum tex. not. quod ex vocibus ploranti-  
 bus inducuntur indicia: quod facit p m est  
 ad probandum aliquē voluisse inferre vio-  
 lentiam alicui puelle. quod vicini audie-  
 runt eam clamantē et plorantem. et dicit  
 non esse meliores. tex. de illo. Et ideo ex hoc  
 potest inferri quod licet indicia sint minus quod se-  
 mi plena probatio. vt est gl. not. in. l. cū pba-  
 tio. ff. de proba. quā reputat sing. bal. in. c.  
 si. vj. col. de iureiur. et in. l. non hoc. in. vlti.  
 col. C. vñ leg. Ang. in. l. si. in. prin. ff. quod me-  
 tus causa. quod intelligi debet de iudicio. lenti  
 p m Bal. in locis pcedentibus sed si esset in  
 iudicium vehemens non esset minus quod semi  
 plena probatio. et possit sibi acclamanti  
 deferri iuramentū in supplementū proba-  
 tionis iuxta. l. admonendi. ff. de iureiurā.  
 Cum in isto casu non possit dici nisi quod sit  
 vehemens indicium cuius sit maxima cōiectu-  
 ra. maxime si iste acclamans esset habitus  
 rentus et reputatus bone fame et cōditio-  
 nis in illo loco. quia concurrentibus illis  
 magis iudex cōmoueretur ad deferendum

sibi tale iuramentum. Et sic si istud esset  
 verū multū restringeret dictū sing. Spec.  
 et possent multe fraudes fingi et sic p indi-  
 recta p bari furtū. putarē tamē quod res  
 subtracta non deberet esse magni valoris et  
 sic ardua vel pcedialis ad hoc vt tale  
 iuramentum deferri possit per no. p repe-  
 tentes in. d. l. admonendi. Et ad proban-  
 dū tales acclamantes et sic indicia suffice-  
 rēt duo testes vicini quod audierint talē cla-  
 morem glo. est in. l. si. quā bar. et doc. mul-  
 tū no. C. fami. er. glo. in. l. si. in. fi. in. ver. ex-  
 cepto quam angelus ibi ponderat. C. de  
 cadu. tol. glo. in. aut. de testa. imp. in. prin.  
 et ibi ang. Cogita tñ super predictis quod ali-  
 bi non inuenies.  
 9 Tene mēti quod elegāter no. Ang. in. l.  
 eleganter. §. idē labeo. l. de dolo vbi per il-  
 lū tex. decidit casum quē dicit se hūisse de  
 facto quod si quis viderit equū alicui⁹ in stabu-  
 lo multū sudare et illū exierit de stabulo et li-  
 gauerit ad vñi palū et dñi equū ille se ica-  
 pitrauerit et mortu⁹ sit quod ille quod extraxit  
 tenet emedare dictū equū dñi quous prin-  
 cipū eius fuerit licitū. Adde bonū simile  
 de eo quod vidit duos cū armis et bonafide se  
 interponit vt eos separaret. naz si occidat  
 est impune glo. est sing. et ibi Ang. C. de sic.  
 intellige tñ p Ang. ibi vt pcedat quā exsepa-  
 tione in miniebat piculū. occidit alias  
 non. quod tene mēti ne te interponas in: bu-  
 iusmodi casibus. facit etiaz. l. si hoiem in  
 pncipi. et quod ibi bar. in summario no. ff. de  
 po. et extra tñ decisionē Ang. allegat fortis  
 tex. in. l. sed an vltro. §. j. ff. de ne. gest. vbi  
 habet quod sufficit quē a principio vtiliter  
 gessisse negotium. licet postea non sortiat  
 effectū contra ang. facit etiaz quod dicit  
 glo. parua in. ver. facit in. l. eum qui. §. in  
 popularibus. ff. de iureiur. quod illud dicitur  
 bene fieri quod bonafide fit. facit etiaz  
 quod no. in. l. j. §. p. ror. ait p illū tex. cū glo.  
 ff. ne quis eum qui in ius voca. non te. quod si  
 aliquis videt volentem transire p locum  
 periculosum et cum per vim faciat retine-  
 ri non tenet illo edicto p m bar. et alios. ibi  
 nec tenetur quo ad deum nec quo ad mū-  
 dum. Sed ad istud possit rñderi. quod re-  
 tentio non redundat in eius dñum sed  
 in vtilitatē. sed secus est in casu angel. de  
 equo quod possit facere eo inuito qñ est  
 in aliquo periculo vide p plures casus p  
 Alex. in. l. si. C. de ne. gest. facit etiaz p Ang.  
 quod principale propositū est attendendum.

l. si quis nec cam. ff. si cer. pera. et ibi papie  
 les in. vj. col. dicentes quod vbiqz ingredi  
 principalr licitū et secundario faciat illicitū  
 tñ: tñ in illo licito non de puniri illa pēa  
 puniret: s. dzals miri p dñi arbitrio iudi-  
 cis. tibi allegat bda iura quous aliq allegat  
 in p rariū. Et ad. §. itē labeo. i quo se fun-  
 dat Ang. respondere et intelligere p m. d. l. si  
 hoiem. vbi dicit si soluerō seruū cōpeditū  
 ductus misericordia sciens cui rei esset pa-  
 ratus. puta torture teneor quod ex quo scio  
 cui rei pateret sum in dolo psumto et sic  
 psumor potius dolo quod misericordia hoc  
 fecisse et ita intelligere. §. itē labeo. quod il-  
 le seruus cōpeditus erat vt questio de eo  
 haberetur vel propter aliud maleficiū et  
 ille qui fecit fugere ipm sciebat cui rei pu-  
 tare vel saltē debebat scire quod paria sunt  
 laq tunc. ff. si cer. pe. nec ibi poterat cade-  
 re pbabilis ignorātia. cū sit clarus quod fuit  
 diligēt nisi ppter aliq crimē commissus  
 erga dñm nimirū si illo casu debet teneri  
 et quod ille rex. ita debeat intelligi vt de men-  
 te glo. in. d. l. si hoiem. in. ver. arbitror. quod al-  
 legat. d. §. itē labeo. et sic videt quod principa-  
 le fuit illicitū cū delicta non debeant rema-  
 nere impunita. l. ita vulneratus. ff. ad. l.  
 aquil. quod secus est in equo sudante quod a  
 principio fecit quod erat licitū. itē quod erat vti-  
 le quia idem fecisset dominus si vidisset et  
 sic in isto casu non fuit nec censetur fuisse  
 in aliquo dolo et sic ista pars videt equior  
 ista licet sint subtilia et ingeniosa tamen  
 de rigore iuris non videntur vera. et pri-  
 mo dico quod responsio data ad. §. itē labeo.  
 est contra illum tex. et ptra glo. illius  
 text. dicitur enim ibi quod aut soluens fuit  
 in dolo et tenetur actione de dolo aut fe-  
 cit hoc misericordia ductus et tenet actio-  
 ne subsidiaria in factum si in secundo ca-  
 su illius. §. ille sciuit. cui rei fuisset para-  
 tus fuisset in dolo sicut dicitur in dicta. l.  
 si be minem. et per consequens teneretur  
 actione de dolo quod negatur in illo tex.  
 ergo necessario sequitur quia ignorabat  
 et si diceretur ideo non datur actio de dolo  
 quia non est dolus verus sed psumtus.  
 et pro dolo psumto non datur actio de do-  
 lo. dicta. l. si be minem. dico quod immo  
 p dolo psumto datur actio de dolo pro-  
 bo quia equiparatur dolo vero. vt patet  
 ex notatis per Baldum in. l. quod herua.  
 ff. de positi. et probatur ratione quia omne  
 quod habet locum in crimine vero habet



locum in crimine presumto presumptione iuris et non presumptione hominis. ut not. abb. in. c. accedens. de accusa. sed dolus presumitur presumitur presumptione iuris. p. q. eo ipso quod aliquis soluit servus ligatus scies quare fuerit ligatus lex presumit illi esse in dolo. Non obstat. d. l. si hominem quod ideo ibi non datur actio de dolo quod habet locum cum alia actio scilicet depositi quo casu nunquam datur de dolo. l. eleganter in prin. ff. de dolo. Non obstat quod ibi non potuerit cadere probabilis ignorantia et quod paria sunt scire vel scire debere et quod possem dicere quod cum simus in criminalibus et in arguendo aliquem de delicto illa regula non procedat et quod in casu nostro illa regula non procedat ostendo manifesta rationem sequeretur quod ex actu presumto resultaret alius actus presumtus quod non licet: sicut in simili dicimus quod ex actu tacito non resultat tacita iuris dispositio. l. servum filii. §. si. de leg. i. Soz. in. l. ij. ff. de vul. et pupi. nam si presummeretur scire et non ignorare hoc esset verus actus presumtus et ex hoc sequeretur dolus presumtus et sic alius actus presumtus quod non licet ut dixi. Item dico quod potest cadere probabilis ignorantia: puta si credat esse vincitum ab alio quam a domino ratione criminis licet in hoc esset considerandum in quo loco esset vincitus. unde per istum tex. ut dixi de rigore iuris videtur posse defendi op. ange. Non obstant contraria supra formata quod ibi non fuit in aliqua culpa nimirum si attendit principium sed hic fuit in culpa ut probabo ergo saltem ratione huius culpe puniri debet cum in rebus alienis culpa sit punienda in propriis vero sit culpanda ut ait tex. in. l. si constanter. §. si maritus. ff. sol. ma. quod autem fuerit in culpa patet quia non fecit id quod diligens homo fecisset. nam reliquit capistrum vel funem adeo longum quod stragulatus est cum debebat facere capistrum vel funem adeo breuem ut omne periculum evaderetur quod fecisset quilibet diligens et ita vidi sepe facere et quotidie diligentes famuli faciunt timentes ne equi strangulentur. Cogita tamen super predictis quia alibi hoc modo declaratum non inuenies.

¶ Servus memorie quod si aliquis est descriptus in estimio et velit alienare predia non debet extrahi de estimio nisi ap

pareat illi in quem alienatio esse solent do alias primus tenetur. tex. est multum no. in aut. sed et piculum et ibi Bal. C. sine causa vel reli. bal. in. l. incola in prin. ff. ad munici. et ibi dicit quod si alienat in ecclesiam cum ecclesia non teneat solvere collectas imponendas de futuro quod semper videtur tenebit quod ecclesia non est idonea conveniendi facultate cum conveniri non possit et hoc verum dicit nisi ecclesia faceret sibi estimium. tunc enim conveniret ad collectas tanquam ex promisso consensu suo non tanquam ad munus civile. Adde omnino pau. de castro. post bal. in. l. si negotium. C. de neg. gest. et pau. in. l. id quod. §. si pater. ff. de consti. pecu. ubi per illum tex. dicit quod si alicui est imposita prestaria vel onus publici. certe pretas sine estimatione suarum facultatum et descriptus in libro pura. licet postea diminuantur facultates non propterea diminuitur onus ad quod fuit obligatio praerata quousque durat estimium sed cum fieri aliud estimium diminuetur onus. Sic ergo cautus dicit si aliquid rem vendat ut faciat pactum cum emptore quod pro illa habeat solvere et remaneat emptor obligatus reipublici. cum sit onus quod iniungitur persone propter res et dicit quod ita de facto servatur florentie. Sed mihi videtur quod pau. de castro. in ista cautela expresse sentiat quod etiam si fiat alienatio in emptorem idoneum quod non tenetur emptor nisi hoc promittat sed hoc videtur contra. d. aut. sed et periculum et quod ibi no. Bal. unde non putat pau. de ca. bene sentire in hoc per predicta. non obstat quod istud onus sit iniunctum persone et non ei et per consequens videtur inseparabile a persona quia dico quod cum imponatur persone propter res diminutis rebus diminuitur onus pro regu. que habet quod quando unus onus iniungitur alicui persone. propter aliquid rem sublata. illa re tollitur etiam onus alteri. l. alium. §. scia. ff. de libe. lega. possimus tamen dicere quod si non fiat pactum indistincte teneatur venditor pro illo estimio siue emptor sit idoneus siue non. si vero sit pactum et tunc habeat locum dispositio aut. sed et periculum. l. aut emptor est idoneus et tenetur venditor. non obstante dicto pacto et certe ista videtur fuisse mens pau. si recte consideretur et hoc videtur esse de mente iuris. predicta procedunt quod fuit iniunctum

onus certe pretas ut dixi. si autem bona dimittat fuerit posita in estimio nec fuit specificatum onus certe pretas. sed venit specificatum tunc solutio non imponeret nisi pro bonis que tunc repiretur possidere et sic cum videtur remouetur de libro unius et ponitur in libro alterius. Sed videtur quod indistincte diminutis facultatibus diminuat onus propter. in. l. forma. §. j. ff. de cessi. et ibi bar. et alibi dicit glo. quod propter depauperatos fuit novum estimium in. l. etiam et ibi bal. in. vlt. col. C. de execu. rei iudi. Concordia patet ex dictis bart. in. d. l. forma quod aut diminutio facultatum contingit culpa suarum non diminuitur onus. et ita procedat op. pau. de ca. Si vero non culpa sua sed aliqua tria causa tunc diminuitur. et ita procedat tex. et quod ibi bar. in. d. l. forma in. §. j. notat vel aliter posses concordare aut onus certe pretas est descriptum in libro estimio tunc procedit op. pau. aut onus non fuit specificatum certe pretas et tunc procedat op. bar. prima concordia videtur verior quod scilicet esse contra generalitatem tex. in. d. l. forma in. §. j. cogita quod alibi non inuenies.

¶ In his casibus quibus milieres admittuntur ad testificandum in pari numero testium creditur potius testimonio virorum quam mulierum. nam si mulier non a sexu sed a mollietate metis et vir non a sexu sed a constantia virtute et ita inquit text. in. §. illud ambrosii. p. q. ij. que ad hoc allegat Abb. in. c. for. in pe. no. de ver. si. p. quo facit. l. j. ff. de senato. et l. in multis. ff. de statu homi. et idem tenet Spe. in ti. de teste. §. postquam ver. pro ro. quod puto verum nisi masculi deponant pro actore et mulieres pro reo arg. gl. no. in. c. clerici. lxxij. di. q. dicit quod si duo testes clerici dicit me commississe fornicationem vel aliud delictum certa die et duo laici dicit oppositum quod tora die illa fui cum eis ita quod non potuisset committere qui ipsi vidissent quod ego reus debeo absolvi et tamen clericus qui stat pro accusatore sit idoneus et dignior res testibus rei et sic videtur quod modicus excessus in testibus actoris non tollit privilegium reo. et ita videtur teneat apostilla quam habeo ad Abb. in. d. c. forus et illa glo. p. singu. allegat ab. in. c. et literis in pe. no. de proba. Sed ista decisio videtur dubia pro id quod ponit Bal. in. l. in exercendis in. ij. col. C. de fide instrum. ubi vult quod iterum instrumento creditur et verosimiliori cum quo concurrat gravitas boni viri et idem dicitur in testibus

cum testes et instrumenta equiparentur. d. l. in exercendis et per aliam doctrinam bal. in. l. in. C. com. vel episto. ubi dicit quod qui habet meliores coniecturas vincit sed nulli dubium est quod maior verosimilitudo et melior coniectura est in testibus virorum quam mulierum p. d. §. illud ambrosii et per Abb. in. d. c. forus cum in testibus consideret fides dignitas et serus. l. in testibus cum seq. ff. de testi. quod facilius corrumuntur mulieres quam viri. non obstat glo. in. d. c. clerici quod videtur quod non procedit illa glossa. quod esset magnus excessus testibus actoris sine Abb. in. c. in nra. de testi. ubi tradit aliam limitationem ad. d. glo. sed in casu nostro est magnus excessus propter quod multo maius est estimium virorum quam mulierum. ergo in casu nostro non procedet illa glo. Sed certe ista responsio videtur falsa. nam non est verum quod in casu nostro sit magnus excessus: immo est modicus ut de se patet. Sicut enim modicus excessus est in clericis respectu laicorum ut tenet Abb. in. d. c. ex literis. ita in masculis respectu feminarum cum nulla bona dissimilitudo reddi possit. ut per. d. glo. cui non potest bene responderi videtur vera ista decisio quam putares procedere quando super eodem articulo ante publicos testes hinc inde pares producti essent secus si scilicet inducantur testes ad probandum indirecte contrarium ut in casu nostro. c. ex tenore et series de testi. et articulo. quia staretur potius primis testibus quod presumitur potius subornatio in secundis et ita Abb. in. d. c. nostra limitat glo. in. d. c. clerici quod est va de notandum sine ipsum et ad doctrinas supra allegatas potest responderi. presuppositum quod sint vere quod loquuntur in casu civili. sed. d. glo. loquitur in causa criminali ubi requiruntur probantes luce clario. es. l. sciat. C. de pba. et cum delictum sit probatum de bis reus debet absolvi Bar. in. l. non solum. §. sciendum de op. no. nun. et ibi Jas. in vlt. col. quod in delictis presumitur pro reo quod delictus excusatur Bal. in. l. precibus in. v. col. C. de pba. impc. offc. tunc videtur esse distinguendum quod aut loquimur in causa civili et procedunt doctrine Bald. supra allegate aut loquimur in causa criminali et tunc procedit decisio nostra per. d. glossam communiter approbaram quam glo. ita videtur intelligere Abb. si recte consideretur in. c. cum. p. ma. conella. ij. columna. in fin. de accu. Posset tamen dici quod etiam in causa civili quod magis



heres essent diuites et nobiles et bone vi-  
re et virilescent plebei rustici et viles quod  
tunc procederet dicta decisio per doctrinam  
bal. in l. restit in vir. col. C. de testi. vbi di-  
cit quod magnum supplementum est aucto-  
ritas. nam pauci nobiles testes multis ru-  
sticis preferunt quod omnia nota et signa et super eis  
cogita. Alibi dicit bal. in l. magistratus in  
ff. C. quod puer non est ne. quod quoniam testes sunt  
pares iudex potest pro animi sui motu ad-  
herere cui parti vult dominum in actis cau-  
sam sue adhesionis inseri faciat quod in  
restitu. verum una apostilla ad Ab. in d. c. ex  
literis. quoniam velle iudicare pro reo per d. glo.  
in c. clerici. quod tunc non recedit a regulis iu-  
ris contra alios secus. sed ego dico quod ille do-  
ctor non intellexit bald. quod non ita dixisset.  
nam in casu bald. non refert an pronuntiet per acto-  
re vel pro reo dominum pronuntiet per libertate.  
nam allegat. l. lege iulia petronia. ff. de ma-  
nu. quod lex loquitur quoniam est contentio de libertate  
quod tunc pronuntians est per libertate cum dictum do-  
ctoris debet intelligi per l. quoniam allegat bar.  
in l. non solum. §. liberationis verba. ff. de  
libe. le. et quod debeat ita intelligi vide est  
de bal. in l. exercedis ad ff. in col. C. de fid.  
instru. vbi dicit quod. l. fauorabiliores de  
regu. iur. fallit in libertate. ite fallit in do-  
re. l. in ambiguis. ff. de reg. iur. ite fallit in  
reclamatis. ff. de in offi. re. l. si ps. quod te-  
ne menti.

12 Ille dicitur constitutus in articulo  
mortis quoniam stabat periculum mortis ratione  
infirmis vel quod latrones qui deprehendi  
dissent voluit esse occidere. bar. in l. j. C. de  
fac. san. ec. et ibi moder. In contrarium vult fa-  
cere quod sin. vult bal. in c. j. vi. col. de pa.  
vbi dicit quod ille laborat in extremis qui  
ex aliqua infirmitate decessit absque hoc quod  
aliquod intervallum sanitatis habuerit da-  
to quod multis diebus supervixisset per  
tex. multum no. in l. alfine. §. si. ff. de adi.  
leg. que tex. dicit esse vnicuique in iure. bal. in  
d. c. inferens ad statutum disponens quod  
in extremis laborantes non possint aliquem  
contractum facere sine presentia propinquo-  
rum. Sed potest dici quod bald. non sit contrarius  
bar. nam licet dicat infirmum esse in articulo  
mortis non tamen negat quin etiam sanus pos-  
sit esse in articulo mortis: quod hoc dixit ro-  
ne frequentioris usus. et sic non intelligit ex-  
clusus casus similis. gl. est multum nota. in  
cle. j. in ver. presentis de rescrip. per hoc facit  
quod vult Abb. in c. quod de his de sen. exco. in

ff. vbi pro intelligentia illius. c. quod quare  
excipit casum mortis et casum infirmitatis  
cum constitutus in mortis articulo dicitur  
infirmus. Respondet quod potest esse in articulo mor-  
tis dato quod non sit infirmus ut puta quoniam  
aliquis est obfessus in aliqua arte. et tunc ve-  
rosimiliter potest timere mortem vel esse in a-  
lio loco vbi exercet pestifera ars sagitta-  
rio-um vel forte vult navigare et ad hoc vlti-  
mum facit carmen. Quatuor aut septem digiti-  
tis a morte remotus. Item dicit Abb. potest  
esse infirmus et non in articulo mortis. que  
omnia nota et signa. quod alibi non inuenies in  
dicio meo.

13 Lex si quis in gravi. §. vtrum ad fille. al-  
legat per omnes fauore publici. vtilitatis inha-  
biles admittuntur: qui alias non admittuntur.  
et sic verba quatuordecim generalia fauore  
publice vtilitatis ad habiles restringi non  
debent et ibi Bar. et alii inferunt ad quod istos  
et plene per papieses in l. si filius. in. ff. de in-  
col. ff. si cer. pe. Sed istud non vult verum et ar-  
guo sic. validum est argumentum a speciali. l. si  
minor. §. lex iulia. ff. de adult. cum si. tunc sic  
mulieres crimine lese maiestatis admittuntur  
ad accusandum. l. in questionibus  
ff. ad l. iulia. maie. et hoc est speciale propter  
enorme crimen: et tamen in alijs casibus non  
admittuntur. l. qui accusare. ff. de accu. ad  
mittit etiam in alio casu speciali propter enorme  
lictum. l. mulierem de accu. et in l. ij. eo. tunc  
ce ergo quod. §. vtrum regulariter non pro-  
cedit et male allegat ad id quod supra dixi  
bene verum est quod ille. §. procedit in ca-  
su suo speciali. quando seruus accusat ne-  
ce defuncti et sic consequitur libertatem: super  
qua videtur se fundare ille. text. vbi dicit  
in cetero vtile est ad libertatem puenire et sic  
ille tex. fundat se solum quod seruus ad-  
mittat pro libertate alias non admittat. d.  
l. qui accusare. ergo est fatendum quod fa-  
uore publici. vtilitatis inhabiles non admittuntur  
nisi in casibus a iure expressis pro quo  
bene facit. c. j. de accu. vbi inhabiles accu-  
satores non admittuntur quod esset di-  
cendum secundum doctores summarios dictas re-  
gu. cum ibi versetur fauore publici. Item fa-  
cit cum ibi not. C. de fac. san. ec. vbi verba  
generalia restringuntur ad habiles secundum  
communem opinionem. et tamen ibi tractatur  
de fauore anime et religionis qui maior  
est quam fauore publicis cum omnibus reb-  
sit preferenda. l. sancimus. ff. C. de sacro.  
san. eccle. ista sunt subtilia et ingeniosa

tamen prout ad intellectum. d. §. vtrum non pla-  
cent. §. quod fauore libertatis inhabiles  
admittuntur quod nullibi probatur. nam in d. §.  
vtrum non dubitabat vtrum seruus inhabilis  
posset accusare quod serui prout ad ius accu-  
sandi sunt omnes pares nec est dare inhabi-  
litate magis in vno quam in alio et ideo indu-  
bitater omnes potest accusare nec est dicitur nec de  
hoc ibi dubitabat. Sed dubium erat in illo  
tex. vtrum ille qui erat probitus manumit-  
ti posset consequi premium libertatis con-  
cessum a senatus consulto: videbat dicendum  
quod non. quod cum specialiter fuisset prohibitus ma-  
numitti non videbat comprehendi sub verbis  
generalibus senatus consulti per tex. multum no.  
l. l. iij. §. si illis. ff. de manumit. vbi seruus sp-  
lirer prohibitus manumitti non comprehendi-  
tur sub constitutione duorum fratrum qua caue-  
tur ut recedens suis numis efficiat liber si  
emptor est in mora manumittendi cum in co-  
trarium tamen decidit ibi et hoc solum ratione pu-  
bli. vtilitatis. et ita repi. Are. inducere. d. §.  
in l. qui seruum. ff. col. ff. de ver. ob. quod ro pu-  
bli. vtilitatis cessat in. §. in illis et sic con-  
datur illa duo iura quod videtur contraria nec  
est verum quod ille tex. fundat super fauore liber-  
tatis quod idem deberet esse in d. §. in illis cum  
ibi etiam sit fauore libertatis quod tamen ibi nega-  
tur nec verba. §. vtrum dicitur hoc. illa enim ver-  
ba in cetero vtile est ad libertatem puenire non  
volunt hoc quod contra vtilitas sit quod quod perue-  
niat ad libertatem Sed dicitur coniungi cum supra-  
ribus verbis hoc modo: ibi hi qui quod qui  
non poterunt ad libertatem puenire puta si  
hac. l. distractus erat quod ne manumittere-  
tur potuerunt propter hoc quod in cetero vtile  
est ad libertatem puenire construuntur hoc  
modo. hi qui quod. §. inhabiles potuerunt pueni-  
re ad libertatem propter hoc. §. ut puniant de  
licta quod est in cetero vtile. i. contra vtilitas. tunc  
puto vera prout ad intellectum illius. §. vtrum  
prout ad contraria supra formata ego distin-  
guere sic pro nunc quod quod est inhabilita-  
tus a lege et procedat contraria quod etiam fa-  
uore publici. vtilitatis sub verbis generalibus  
non comprehendat nisi in casu a iure exp-  
sso ut supra dixi. quod quod inhabilitatus est ab  
hoste tunc procedat. §. vtrum quod ratione publi-  
vtilitatis admittat. et ratio dicitur potest assigna-  
ri quod non est verosimile. lex sub verbis suis  
generalibus velit comprehendere inhabilita-  
tarum a se quod videretur quodammodo corri-  
gere suum factum quod non est presumen-  
dum: que ratio cessat in habitato ab homi-

ne. Cogita quod alibi non inuenies.  
14 Notat Bar. et alii in l. si cum mu-  
lier. ff. de ma. quod si bannitis ciuitatis bene-  
gentur iura municipalia et non inra contra-  
no. in l. j. C. de here. insti. tamen defensio pro-  
ueniens ex forma statuti. vs quod bannitus  
possit impune offendi. vel occidi non est de-  
neganda bannito: quominus possit super il-  
la se fundare cum principaliter illa defensio  
processerit in fauore reipublice. illius ciuitatis  
et non ipsorum offendentium per id quod habet in  
l. hoc crimen. C. ut lice. vni. se vind. Et sic  
etiam si bannitus opponat vel replicet de  
nullitate contractus vel processus propter  
gabellam non solutam vel decimam non solutam  
ex forma statuti sue ciuitatis dici potest ipsi  
audiri cum tale statutum principaliter ema-  
nauerit in fauore reipublice. ut si abundet in-  
pecunia arg. eius quod habetur in l. j. in  
prin. C. de cadu. tol. facit quod habet in l.  
siquis in graui. §. hi quoque ad fille. Sed cir-  
ca predicta potest dubitari si quis occidat  
bannitum cum quo habeat capitales  
inimicitias quod non debeat gaudere  
beneficio statuti cum presumatur occidit  
se magis propter vindictam priuata quam  
per pub. maxime si appareat de intentio-  
ne illius occidentis ante homicidium com-  
missum vel post quamuis posset aliquis  
dicere quod sufficiat eum occidere quom-  
modo cum sit sacrificium statuto volen-  
ti quod bannitus impune occidatur. Sed  
istud vltimum non videtur verum per id  
quod nota. Bar. in l. genero. ff. de his qui  
not. in fa. et in l. si quis in graui. §. virum  
ad fille. Bart. et Angel. in l. nulla. C. de de-  
lato. li. x. et in l. omnes populi de iusti. et  
iur. in. j. q. v. q. principalis. et Are. in l. cum ser-  
uus de ver. ob. et per id quod sequitur Bar.  
cepola in consil. suo. xxvij. incip. si in qua  
in. in. colum. ver. preterea referens Ang.  
in l. si. per illum textum. C. de delato. lib.  
x. tenere quod si quis proditorie occidat  
bannitum non inuatur beneficio statuti  
est in additio. ad bart. ibi vbi dicit de fa-  
cto esse iudicatum per usum quod bene no-  
sed non videtur verum quia videmus  
quotidie quod tales banniti proditorie  
occiduntur nihilominus occidentes gau-  
dent illo beneficio. putarem tamen quod  
forte procederet dictum Angel. quando  
alias fuisset proditor ut in crimine lese  
maiest. per id quod habetur in l. quisquis  
C. ad l. iulia. maie. tamen si velis tene-



re opinionem Angel. putarem non pro-  
cedere in eo qui viderit aliquem affantem et  
post eum vadat et occidat. pmaxime si in-  
ter eos erat inimicitia et sic rācor. qz illud  
nō dī pditorie fecisse. qz illud qd faciebat  
in actibus ostēdar. s. se illi deseruire velle  
Sed dicitū Ang. forte procederet qm irē tā  
qz socius cū aliquo in itinere. vel federē se  
cū in mēsa vel essem suus amicus: qz tunc  
occidēdo ipm dīcor pditorie fecisse et quia  
aliud gerebā in aīo qd illud qd gerebas in  
actu. et ira intelligit. d. l. ff. de delecto. quā  
l. ira intelligit barr. vbi hec declarat in .l.  
respiciedū. §. delinquūt. ff. de penis. nec  
obstat si diceret qd de cōi vsu loquēdi dicitur  
etiā proditorie occidi qm post eū vado  
et occido is nō gererē aliud in aīo sed cōis  
vsus pualet statuto et sic proprietati voca-  
bulū no. doc. in rubrica. ff. de ope. noui  
nūria. ergo oī casu procederet dicitū Ang.  
qz ad hoc eleganter responderet quod istud  
esset verum quando talis vsus probaret  
qd tpe statuentiū fuisset in esse deductus.  
alias nō sufficeret probare quod nūc esset  
vt no. tenet Soci. in .l. gallus. §. si eius cir-  
ca me. pe. col. cū seq. de libe. et posthu. S. b  
probare esset valde difficile ergo dicitū  
Ang. in dicto casu nō pcederet: qz stare p  
prio significatiu vocabuli. vt supra dicitur  
est quod valde no. Cogita tñ qz si vis tene-  
re opi. Ang. generaliter aut cum declara-  
tione supra facta. Limita nisi esset banni-  
tus cōdenatus crimine lese maie. p. d. l. ff.  
de dela. et p. d. l. quisquis. Intelligere tñ p  
dicta. s. quod nō sufficiat hoīem qno cōp  
occidere qm esset cōstitutū aliqđ pmiū oc-  
cidenti. alias secus: p id quod no. Angel. et  
aliū in. d. l. macula. vbi notat pmiū dari ei  
qui vltro se offert ad faciendum id qd est  
causa pmiū. secus si in casu vel fortuna. Co-  
gita tñ quo ad pimum faterer cū expres-  
se appet de intentione occidentis. sed qm  
nō cōstat de intēione occidentis nec an-  
te nec post homicidium. et sic sumus in du-  
bio vt qd debeat psumi occidisse potius  
ratione statuti et sic noie reipub. qz ppter  
vindictam suam qz in dubio qd nō presu-  
mit delinqre et talis psumit aīus qualis  
esse debet. l. merito. ff. pro socio. sed si psum-  
meremus occidisse propter vindictā pri-  
uatā psumeret deliquisse cū deberet puni-  
ri pena homicidii. ergo hoc non est presu-  
mendū sed potius quod propter vindi-  
ctam pub. In contrarium facit quia quā

do quis potest facere actum noie proprio  
et noie alieno in dubio presumitur facere  
noie proprio. l. papinianus. ff. mā. l. et ma-  
gis. ff. de solu. Sed iste poterat occidere  
noie suo et sic ppter vindictā priuatam et  
noie reipub. et sic propter vindictā publ.  
et sic noie alieno ergo potius debet presu-  
mi fecisse noie proprio qz nomine alieno.  
Sed cōtrariū vt veri? et pōt rīderi ad istū  
qd nō pcedit ista regula qm p hoc qd psum-  
meret deliquisse et esset pulcra limitatio. ad  
d. regu. cogita tñ. Sed quero nunquid ex-  
pensas quas quis fecit in capiendo banni-  
nitum possit repetere a fisco. dic qd sic p  
tex. in .l. mulier opus salinarum. ff. de ca-  
pri. et postli. reuer. et ira not. Bal. in. c. j. in.  
j. colum. hīc finitur lex deinde con. et et  
istud procedit de plano quādo nullum p-  
mimum capierit bannitus cōstitutum fuit a  
statuto. Sed dubium est qm cōstitutū est  
premiū et videtur dicendum quod sic p  
tex. in .l. idem q. §. idem labeo in fine. ff.  
man. nec obstat si diceret quod ibi loqua-  
tur in procuratore habente mandatum.  
sed hoc casu nō proprie habet mandatum  
qz respondeo quod etiā carens mandato  
repetit expensas dīmodo obtineat et vti-  
liter gerat. l. iā tamen. §. in hac in fi. ff. in  
di. sol. cum siml. facit etiam. l. sed an et vl-  
tro. ff. de neg. gest. vbi plus dicitur qd sus-  
ficat a princip. vtiliter gerere licet nō for-  
tiat effectum qz etiam carens mādato re-  
perit expensas sed in casu nōo non solum  
vtiliter gessit a prin. sed effectus est sequen-  
tus capiendo bannitum ergo debet posse  
expensas reperere. d. l. mulier in opus qz  
ad consequendas expensas a fisco non est  
curandum de mandato vt dicit glo. ff. in.  
d. l. mulier. In contrarium videtur veri-  
tas quod non possit repetere quando est  
cōstitutum sibi premiū. hoc sentit Bart.  
in terminis in .l. j. in fin. prin. ff. de iust. et  
iur. vbi dicit quod si non est cōstitutum  
premiū potest reperere expensas. ergo  
a contrario sensu manifeste sentit quod si  
esset sibi cōstitutum premiū non repe-  
teret. Secundo moueo: qz ad hoc vt ha-  
beat premiū debet capere vel occidere  
bannitum ergo tenet ad omne id qd perue-  
nit ad illud. l. ij. et ff. de iurif. om. iudi. et  
erit moueo: quia iste videtur locasse ope-  
ras suas fisco pro illo premio tūc sic quā-  
do aliquis locat operas suas alteri tunc  
debet operari in dubio suis sumtribus et

nō sumtribus alterius bar. in .l. si nō forte  
§. libertus in pe. col. ff. de cōdi. inde. bene  
facit. l. suo victu de ope. libe. ad idē. l. ij. §.  
si cōseruatis. ff. ad. l. rho. de iac. p que tex.  
Bal. in .l. j. in prin. C. de ver. si dicit qd opa-  
ri in dubio debet opari suis expensis et suis  
ferramentis vel instrumentis. ad idē qd no.  
Alex. in .l. recusare. §. si qd alio in. j. col. ff.  
ad treb. vbi vasallus tenet seq dñz suis ex-  
pensis nō ob. §. idem labeo vbi vt esse diffi-  
cultas qz rīdeo et dico dico sic qm dat pre-  
miū respectu laboris tñ et tunc aut queri-  
mus vtrū ex illo pmiū debeat alere perso-  
nā suā tñ et facere expensas requisitas in  
sua persona tñ et dico qd sic. ita procedit  
qd no. Bar. in .d. §. libertus aut querimus  
vtrū ex illo premio teneat facere sumtus  
et expensas in alijs psonis vel circumstātijs  
requisitis ad illud opus et dico quod non  
et ita procedit. d. §. idem labeo. Qñqz dat  
premiū nō respectu laboris. sed respectu  
opis vt est in casu nōo et tunc tenetur ad  
oēs expensas p quas peruenitur ad illud  
opus p. l. ij. de iurif. om. iudi. et ita pcedat  
qd sentit bar. in .d. l. j. in fin. prin. de iust. et  
iur. Et ista videtur mihi esse mens istorū  
iurium. Cogita tamen. et facit text. in .l. si  
baratarozam. C. de fideius.

15 ¶ No. qd mare dicit de districtu glo.  
in. c. vbi piculus. §. porro de elec. in vj. vbi  
dicit factū esse in territorio qd factum est in  
mari. quod bene no. pro statutis. et illā gl.  
sequitur bal. in. c. j. in prin. ff. col. qui. mo.  
feu. amit. l. j. Dñicus in. d. c. vbi piculus di-  
cat qd pcedit in materia fauorabili secus  
in odiosa. vide tamen ang. in contrariū  
in. l. insule italie. ff. de iud. vbi dicit qd deli-  
ctum factum in mari pisano punietur pi-  
sis ac si esset factum pisus p rex. sing. in. l. j.  
C. de class. lib. xj. et hoc tota die videmus  
apud vncros et ianuenses. et ad hoc vide  
tex. in. l. si quis ita. ff. de aur. et argē. le. vbi  
testator relinqt ea que in vbe seu in por-  
tu habebat. In cōtrarium tamen videt fa-  
cere doctrina Bal. in rub. ff. de re. diu. in  
fi. iij. col. vbi refert qd illo anno reuoca-  
batur in dubium an testamentum factus  
in portu cuiusdā ciuitatis soldani censere-  
tur factum in terris saracenozum. vt sic  
duo testes sufficerent an in locis xpianoz  
vt sic requirantur septem et dicit fuisse di-  
ctum quod intelligeretur factum in ter-  
ris xpianozum et si illud esset verum habe-  
res magnam et singularem limitatio. ad

no. p bar. in. l. qui a latronibus ad fi. ff. de  
test. et de veritate illius dicti Bar. vide pa-  
pientes in. l. ius aut ciuile ad fi. vbi remis-  
sus loquuntur. ff. de iust. et iur. Sed puto  
dictum Bal. in. d. rub. nō esse verum p iu-  
ra supra allegata qz videntur vera contra  
Bal. etiam videt facere qd no. Bar. in. l. ce-  
sar. ff. de publi. vbi dicit qd oēs portus in-  
sule sunt insula et dicit quod quidā stabāt  
in portu ciuitatis pisane queritur an pos-  
sint puniri in ciuitate sub qua est insula  
certe sic qz portus insule et sic p qd por-  
tus et sic mare sunt de districtu et de territo-  
rio illius ciuitatis sub qua est portus et  
sic ista doctrina facit etiam contra dñicū  
volentem qd procedat tñ in materia fa-  
uorabili contra Bal. facit etiam. l. sane si  
maris. proprium ius ad aliquem p̄ineat  
et ibi Bar. ff. de iniur. et id quod no. Alexā.  
io apostillis ad Bar. in. l. pupillus. §. terri-  
torio. ff. de verbo. signi. cogita tamen.

16 ¶ Tene menti singularem decisionē  
bal. in. l. j. in fi. C. de fide instru. vbi per il-  
lum rex. no. quod si creditor habebat in-  
strumentum publicum de credito et illud  
per iracundiam lacerauit aut igne crema-  
uit quamuis per hoc ius crediti sui nō pa-  
datur tamē grauatur pleniori probatio de  
exquo culpa sua pdidit p̄batio. indubita-  
tam sui instrumenti et ideo isto casu si pro-  
baret de credito per vnum testem vel a-  
lias semiplene nō deferretur sibi iura-  
mentum necessarium in supplementū pro-  
batio. per illum rex. Sed vt oīm materiā  
cogitādi vt qd nō debeat granari plenio-  
ri probatio. cū non sit in culpa p id quod  
voluit Spe. in ti. de accus. ver. qd si te vo-  
caui et c. et ibi Bal. i. addi. in. ij. char. et Spe.  
in ti. de p̄sum. ver. sed pone vbi dicit quod  
dictum vel factū calore iracundie nō dicit  
imputari cū non sit in culpa et per ea qm  
simili habent per Roma. in sing. ccccxiij.  
et per modernos in. l. filiam. C. de inoffi.  
testa. ergo lacerans instrumentum calo-  
re iracundie pleniori probatio. grauari  
non debet cum non sit in culpa. Sed co-  
gita si posset dici quod aut creditor lace-  
rans instrumentum fecit proprio motu et  
impulsu animi et tunc procedat opi. bal.  
cum sit in culpa et lacerauit propter a-  
liozum impulsu vel clamorē et tñ proce-  
dat qd supra proxime dixi cū nō sit ei im-  
putandum ita in simili distinguit glo. in.  
c. sunt qui opes. xij. q. iij. S. p bal. facit



quia qñ agit de probando errore notarij  
comisso in instrumeto ⁊ notarius mer at  
restat de tali errore ex dicto notarij nõ de  
fert iuramentũ necessariũ in defectũ pro  
batio. ita sing. Bar. in. l. impator la prima  
in. ij. col. ff. de statu ho. p. glo. in. l. j. C. qui  
raduer. quos. vide Saly. in. d. l. j. de fide in  
stru. vbi mirabiliter limitat sing. decisio  
nẽ Bal. vt procedat qñ tale instrumentũ  
esset de natura vel de substãtia debiti con  
tracti in scriptis: puta qz partes expresse  
ita cõuenissent qd de isto debito fieret pu  
blicũ instrumentum iuxta. l. cõtractus. C.  
de fide instru. vel essemus in casibus in q  
bus requireret scriptura de quibus plene  
habet per glo. magistrã in. c. j. de cõsi. in.  
vi. vel qñ per statutũ vel p cõsuetudinẽ lo  
ci requireret instrumentũ publicũ in istis  
casibus si creditor laceret instrumentum  
per iracundiam procederet dictus Bal. Sed  
vbi instrumentũ nõ esset de natura vel de  
essentia debiti s; esset voluntarie cõfectũ  
prouit est regulariter. l. pactũ qd bona fide  
cũ glo. C. de pact. l. contrahit. ff. de de pac.  
pig. tñ licz creditor laceraret instrumentũ  
crediti p hoc nõ grauaretur pleniori pba  
tione: sed sufficeret semiplena pbatio cũ ei  
iuramento ⁊ ista limitationẽ refert ⁊ sequi  
tur Jaso. in. repeti. l. admonendi. in. c. xxi.  
col. ff. de iureiur. quã dicit esse multũ notã  
dam licet aliquãlter obstare videat gene  
ralitas rõnis assignare p bal. ⁊ fm. d. deci  
sionẽ inrelliger limita illud qd voluit glo.  
⁊ bar. in. l. sicut iniquũ. C. de fide instru. li  
mitare etiã dictũ bal. vltra doc. ibi nõ pcc  
dere in eo qd eẽt i furore qz aliqũ factũ tpe  
furoris non imputatur ad culpam: satis  
em punitur suo furore ⁊ ideo dato qd ha  
beret dilucida interualla ppter hoc non  
grauaretur pleniori pbatide. ad qd adde  
Abb. in. c. j. in. ij. no. de his qd filios occide.  
17 ¶ Diligenter nota vnũ in materia  
actionis ad exhibendũ: qd nõ cogor exhibe  
re debitozẽ alicuius qd fugit in domũ meã  
salte p interdiciũ de libero hoie exhiben  
do tex. habes solennẽ ⁊ singu. in. l. j. §. fin.  
ff. de libe. homi. exhi. p. quẽ tex. infert mul  
tum signater Jo. de platea in. §. preterea.  
quẽ sequitur ibi. Jaso. in.stitu. de actio. cõr  
ca me. xi. col. qd licet ego acceptẽ in domũ  
meã mercatorẽ qui decorerit non tamen  
possum conueniri vt euz exhibeam alias  
teneat ad interesse qd diligentissime no  
ta quia quotidianissimũ ⁊ forte nõ inue

nies alibi hoc dicitur ad hoc accedant fm  
Jaso. ibi que traduntur singu. p. Inno. in  
ca. dilecti extra. de iudi. alias de appellat.  
⁊ refert ⁊ sequitur apud legistas Bald. in  
ca. in generali. si de feu. fue. cõ. inter do. et  
agna. dum querit Inno. de solẽni ⁊ quor  
tidiana questione multũ cõferere ad pro  
ximũ dictũ. qd si aliquis detinet debitozẽ  
meũ ⁊ pro hoc nõ pdr mihi in aliquo satis  
facere qz de operibus suis posset acquire  
re mihi et satisfacere. an possim repetere  
ab eo hunc debitozẽ determinat mirabi  
liter Inno. qd non nisi habeã ius reale in  
eo vt in vasallo ⁊ ascriptio. et similibus  
personis. Est tamẽ remediũ fm Bal. in. d.  
c. in generali. qd agã actione iniuriarũ cõ  
tra eũ. vel de dolo si sciens detinet in pro  
iudiciũ meũ. vt. ff. de dolo. l. cũ quis. cõstat  
etiã fm eundem Bal. qd possum agere in  
terdicto de liber. ho. exhi. in quo alius pre  
feror propter singulare interesse. vt. ff. de  
procurato. l. licet in popularib;. Sed pu  
to qd de iure Bald. non bene dicat quod  
possit agere interdico de liber. homi. ex  
hi. per dictũ tex. singu. ad literã. l. si. §. fin.  
vbi iuriconsultus dicit qd creditozẽ non  
comperit interdiciũ vt debitozẽ exhibere  
tur: neq; enim debitozẽm latitantẽ exhibe  
re quisquã cogitur. sed in bona eius ex  
edicto preroris mittuntur: posset etiam  
dici quod si talis debitozẽ habebat bona:  
ex quibus ipsi creditozẽ satisfieri posset qd  
tunc in isto casu etiam nõ ageretur actio  
ne iniuriarum vel de dolo contra detinẽ  
tem debitozẽm cũ creditozẽ ex edicto pro  
toris posset ei esse succursum ⁊ sic in bona  
debitoris mitti vt dicit. d. l. fina. §. fin. qui  
hęc sententia videtur sed si non haberet bo  
na sufficientia talis debitozẽ tunc putaret  
qd creditozẽ cõtra detinentem cum scien  
tem ad interesse agere possit per iura. s. al  
legata. Cogita tamen.

18 ¶ Nota diligenter quod si vendatur  
res cum pacto quod vendens vel eius he  
redes possint quodcumq; oblato pre  
tio redimere certe non obstantibus talib;  
bus verbis prescribitur. xxx. annis etiam  
si istud pactum sit iuratum ⁊ etiã si sit di  
ctum quantũcumq; et sine aliqua prescri  
ptione. ita signanter consuluit. Ange. con  
sil. lv. quod incipit Suil. et Francisca. in  
mo plus tenet Petrus de ancha. consil.  
cccxxv. incipien. visis diligenter actis  
quod prescribat. x. annis. ista refert ⁊ lo

quitur simpliciter Jaso. in. l. si mater. ad fi.  
C. de insti. ⁊ substi. et in. l. petens ad fi. iij.  
col. C. de pac. vbi asserit se pluries de fctõ  
respondisse ⁊ consuluisse fm. d. consil. Ange.  
quod tene menti qz ista quotidie cõringe  
re possent. sed vt dem mareriaz cogitandi  
licz nõ audeam tyrunculus rãtos patres  
reprehenderet: sed potius dico me nõ intel  
ligere aut codicẽ esse corruptũ vt inq̃t tex.  
in. c. ego solis. ix. dist. videtur quod decisio  
Ange. nõ procedat qñ talis contractus pre  
sumeretur vsurarius. qz in causa vsuraria  
nõ currit p̃scriptio fm Alex. consil. xlvj. in  
cip. circa presentis cõsiliũ materiã ⁊ c. in. ij.  
volu. in. j. ⁊. h. col. et sic vbi esset paruitas  
pretij ⁊ pactũ de retrouendendo nõ proce  
deret dicta decisio: qz tunc d̃ctus presumi  
tur vsurarius etiã si non cõstet emtozẽ so  
litum fenerari. ⁊ hoc qñ resolutio contra  
ctus pendet a facultate ṽditionis put in  
casu nostro. ita Alex. d. consil. vbi dicit hãc  
esse cõmuniẽ opi. que opi. est amplecten  
da tanq; magis tuta cũ simus in materia  
peccati. c. iuuenis. de spõ. Item tpe emtio  
nis nõ potuit inchoari p̃scriptio: qz ipse  
erat in mala fide ratione dicti d̃ctus qui  
fuit ⁊ esse fingitur simulatus: sic fuit con  
tractus pignoris ex quo nullum fuit tras  
larum dñium nec possessio per venditorẽ.  
Lentoz. ⁊ ibi nõ. de equa plu. arcen. et p̃z  
in. l. emtõ. C. plus vale. qd agi. et ibi doc.  
et sic videtur qd exceptione prescrip. vendi  
tozẽ excludi non possit. l. male agitur. C. de  
prescrip. xxx. anno. immo si prescriberet di  
ceretur prescribere ad cõmodum pignora  
tis. l. si seruus. ff. de vsuca. l. j. §. seruũ qui  
pignoris. ⁊. l. pignoris de acquir. poss. cum  
scientia rei aliene semp̃ impedit prescrip.  
c. ff. de prescrip. ⁊. c. possessor. de reg. iur. in.  
vj. et hoc de iure cano. qd attendendus est  
cum agitur de materia peccati iuribus. s.  
allegatis. ita dicit Alex. in. d. consil. in pen.  
col. ⁊ in consilio. l. ix. in. cip. in causa et lite  
vertente. in. ij. volu. in. iij. col. dicit qd ex  
ceptio prescrip. nõ obstat cum sit in  
mala fide qñ per instrumentũ se obligau  
er. idẽz t̃z pau de ca. in. l. j. h. colum. ff. de  
vsuca. vbi dicit qd non prescribitur p̃ scie  
tem se obligatũ ergo dicamus qd in casu  
Ange. non currat prescrip. cum sciat se  
obligatũ ad retrouendendã rez sibi prius  
venditam. oblato sibi pretio absq; aliqua  
prescrip. et nota qd etiam dato quod dice  
retur qd dictus emtozẽ potuit ignorare di

crum contractũ non esse licitum ⁊ potuit  
estimare qd contractus valuerit respõdeo  
qz error iuris non causat bonã fidem. quo  
ad prescrip. l. nunq; in. princ. l. si fur. §. j. de  
vsuca. quod pcedit etiam in prescri. lon  
gissimi t̃pis. vt probatur glo. iuncto tex. i.  
c. ad apostolice. de dona. Archi. x. q. iij. c. qz  
cognouimus. ⁊ hoc. in. de. prima de rebus  
ecclẽ. non alie. Item in dubio presumitur  
scientia iuris nisi de ignorãtia probetur. l.  
leges sacratissime. C. de legi. l. si heres ab  
eo. in. ff. ad treb. quam. l. ad hoc inducit  
Bar. in. l. non faterur in. vit. col. de confes.  
ita dicit Alex. in. d. consil. xlvj. pen. col. Nec  
obstat etiã si diceretur quod elapso decen  
niõ potuit prescribere prescrip. in choare  
qz post illud t̃ps inducitur obliuio. vt per  
glo. et ibi doc. in. l. j. C. de seruis fugi. quia  
respõdeo de mente doct. ibi vt pcedat vbi  
tractaretur de damno vitando quia tunc  
potest allegare post longũ t̃ps obliuiones  
secus qñ agit de lucro querendo cum alte  
rius iniuria put est in prescrip. inducenda  
vt est in casu nostro tunc non est pbabilis  
ignorãtia vel obliuio etiã post longũ t̃ps  
quod tene m̃eri et sic in isto casu. d. decisio  
Ange. nõ procederet licet nõ sit casus Ange.  
et plus non pcederet etiã si emtozẽ esset so  
litus fenerari ṽ alias de quibus habetur  
in locis supra allegatis. Limita tñ qd su  
pradixi qd qñ concurrat paruitas pretij et  
pactũ de retrouendendo presumatur con  
tractus vsurarius nõ procedere in rustico  
quia rusticus excusatur a presunta fraude  
vsurariũ propter ignorãtia iuris. glo. est  
in. l. cũ allegas. et ibi Bald. in. ij. op. C. de  
vsur. per quas glo. infert ibi Fulg. quod si  
rusticus emat fundum cũ pacto de retro  
uendendo non censetur d̃ctus vsurariũ.  
quod nota pro limita. eoz que habentur  
in. c. ad nostram. de em. ⁊ vendi. ⁊ in. c. illo  
vos. de pign. sequitur Jaso. in. l. si id quod  
in. princ. x. col. ff. de iuris. om. iudi. et in. l. iur  
ris. C. qui admitti. i. quibus locis limitat  
nõ habere locũ in rustico sagaci aut squa  
drato per glo. in. l. at plere. §. de rusticis. ff.  
de excu. tuto. Adde etiam pro limitatione  
glo. c. conquestus. de vsur. quod nõ. Abba.  
in. c. in aliquibus. in. ff. j. colum. de deci. vbi  
omnino vide qd etiam facit ad practicã ⁊  
ad intellectũ. l. ij. C. de rescin. ven. immo  
videtur qd in casu Ange. nullo pacto possit  
pcedere per id qd supra dicitur est quod p  
scientem se obligatũ cum sit in mala fide



prescribi nō possit: immo plus etiam si statutum specialiterz expresse diceret q̄ debitor malefidei p̄scriberet tale statutus non valeret: tamen tenet Alex. in. d. consi. lxxix. in. ij. col. et Joan. de imo. consi. xxvj. incip. in casu p̄missio visis z consideratis zc. et in consi. xlvj. incip. in casu p̄missio ante oia zc. facit quod dixit Bald. in. l. j. in. ij. col. C. de anna. excep. vbi dicit q̄ si in aliqua noua lege inuenires hec verba nulla p̄scrip̄tione obstante q̄ p̄scrip̄tio centenaria curreret. allegat glo. in. §. decerero. in aut. vt de cetero non fiat cōsti. ita ergo in casu nostro vbi sunt illa verba licz currat p̄scrip̄tio centum annoz non currat p̄scrip̄tio xxx. annoz. facit etiā contra Ang. id quod dicit Bal. in. l. j. ad fi. ff. sol. matr. z ibi doc. quod licz promittens soluere semper intelligatur nisi p̄scribat: tñ secus est in p̄mittente soluere q̄cumq̄. sed in casu Ang. plus fuit dictū qz nō solum q̄cumq̄ sed etiam sine aliqua p̄scrip̄tione cum iuramento et sic in casu Ange. minus d̄ posse currere p̄scrip̄. cū ad sit geminatio h̄boz vt aliquid operetur. l. balista ad treb. nec obstat si diceretur infinitas est euitada ne dominia rez sint incerta. insti. de vsucap. in prin. cū simi. ad hoc responderetur quod immo nullo vnq̄ tpe potuit p̄scribi facultas redimendi p̄dicta bona. Et hoc tali ratione. Nam qñ verba contrabentiu sunt apta importare infinitatē prout sūt in casu nostro et tunc infinitas toleratur non aut̄ rēctitur. l. in annalibus. C. de le. et. l. si ita stipulatus a seio fuero cuz simi. ff. de fideius. Et hoc est per vim illius vbi q̄cumq̄ quod est verbū generale aptum importare infinitatē ita determinat bar. tradens istam doctrinā in. l. qui bona. in. §. ff. de dam. infec. contra Ang. facit etiā vna alia ratio. nam hoc pactum de retro uendendo fuit collatum in liberā voluntatem dicti venditoris: qz fuit dictus q̄ q̄cumq̄ voluerit possit retro emerere: sic facultatē adimplendi conditionē potestatiua nullo vnq̄ tpe p̄scribi potest: ita probat tex. in. l. seruis quoc. §. ff. de her. insti. z. l. ff. de condi. insti. vbi habetur q̄ filius in potestate patris cōstitutus sub condi. potestatiua fuerit institutus nullo tempore dicitur p̄teritus: qz per istam conditionem toto tpe vite sue potest adimplere et tñ si facultati adimplendi conditionem istam aliquo tempore p̄scribi

possit contingere possit q̄ filius inueniret se p̄teritus: vt qz filius infans testatoris sub ista conditione fuerit institutus quez possibile est viuere vsq̄ ad centum annos. l. ff. C. de sacrosan. eccle. z hanc doctrinam per illos rex. tradit Bar. in. l. pignori rem in ultimis verbis. ff. de vsucap. Et q̄ p̄dicta decisio Ang. non procedat in pacto iurato facit quod vult Alex. in. l. nemo p̄t. in prin. pe. col. ff. de leg. j. vbi dicit qd licet p̄scrip̄tio. xxx. annoz sit odiosa cuz currat ex negligentia non perentis: vt dicit doct. in. l. j. ff. de vsucap. cui non potest renuntari per pactū tñ cum iuramento renuntari potest cuz iuramentū sit seruanduz cū potest seruari sine interitu salutis eterne prout est in casu nostro. c. cum contringat. de iureiur. maxime cum sit contra naturalem equitatem q̄ quis locupletet cum aliena iactura. l. natura nostra. ff. de condi. indebi. et similiter cū iuri introducto in odium alterius cū iuramento renuntari possit. c. significante. de pign. z declarat bar. in. l. si quis pro eo in tertio z quarto membro principali. ff. de fideius. quod saltem per iuramentū appositus in pacto possit impediri cursus p̄scrip̄. vbi Alex. mandat istud ponderari qz scriptum non reperit. Tamen vltra ipsum facit quia qñ aliquis est obligatus iuramento nunq̄ talis obligatus potest opponere p̄scrip̄. dictum est singu. Roma. in repe. l. j. in tertia char. ver. et adde duas not. cautelas zc. ff. de vsuca. quia fm cum iuramentū perpetuat actionem. allegat rex. quez dicit sing. in. l. nam z postea. §. si is qui temporalis. ff. de iureiur. vbi Bar. et alii docto. dicunt q̄ licet actio tua esset tēporalis vel ex forma statuti vel ex forma iuris cōmunis et possit ei p̄scribi spatium. x. vel. xx. anno. tamē perpetuabitur vsq̄ ad. xl. annos. quod est valde not. facit licet nō valeat pactum qd donatio non possit reuocari respectu ingratitudinis cōmittende quia inuitaret ad delinquendum. l. conuenire. ff. de pact. dota. Bald. et alii in. l. ff. C. de pac. tñ valet cum iuramento Jo. and. in addi. specu. in titu. de dona. §. j. ver. quid si actū per text. in. c. quemadmodum ad fi. de iureiur. Alex. in. l. stipulatio hoc modo concepta de h̄b. obli. et in consi. xl. incip. super p̄dicto obli. bio in. iij. volu. cū simi. Item facit q̄ licet renuntariō simplex facta de iure de futuro parte absente non valcat. l. j. z ibi doct.

C. de pac. tñ secus est appposito iuramento vt ibi per papienses in. vj. col. Item facit quia illud potest fieri per pactū iuratum quod potest fieri per statutum Bar. in. l. ff. C. de pac. Bal. in. l. cunctos populos. r. colum. de sum. trini. z fide catbo. S; nulli dubium quod statutum possit iōes excep. p̄scrip̄tionis si vult ergo debz posse fieri per pactum iuratum. Non obstat si dices res p̄scrip̄. xxx. annoz est odiosa z bono publ. introducta ergo per pactum renuntari non potest. l. j. et ibi doct. de vsucap. quia loquuntur in simplici pacto secus si esset iuramento firmatum per ea que dicitur sunt supra. Item cum per statutū possit derogari p̄scrip̄. Jaso. in. l. non est impossibile in prin. ff. de pac. ergo z p̄ pactuz iuratum. Nec obstat q̄ p̄scrip̄tio est introducta fauore pub. d. l. j. de vsucap. ergo renuntari non potest. l. pe. C. de pac. quia ad hoc responderetur ex mente Alex. in. d. l. nemo potest q̄ p̄scrip̄tio est introducta principaliter fauore priuatoz z secundario fauore pub. vt tenet ibi Alexan. Ange. Jmo. et Anto. in. c. non liceat. de p̄scrip̄. ergo renuntari potest. d. l. pe. C. de pac. et doc. in. l. pacifici. ff. de pac. facit etiā quod iuramentum facit actū valere qd als non valeret. l. cuz pater. §. filius matrem. ff. de leg. ij. cū simi. nec obstat qd dicit ang. in. d. consi. ad fi. quod iuramentū regulatur s; naturam pacti super quo interponitur. l. ff. C. de non nu. pec. in casu nostro pactuz appositum nō excludit p̄scrip̄. ergo nec iuramentū. ad hoc responderetur q̄ immo iuramentū semper addit aliquid actui vt p̄z ex supradictis. et per papienses in. l. si conuenerit in. iij. z. iij. col. vbi plene. ff. de iurisd. om. iud. vbi faciunt regulam in cōtrarium. z ad. l. ff. de non nu. pe. respondēt q̄ ibi in dispositione illius. l. deficit cōsensu tunc iuramentū non extenditur vltra consensum nimirū si nihil operatur: s; in casu nostro dico q̄ adest consensus vt. p̄z ergo iuramentū d̄z aliquid operari: nam ratio diuersitatis inter casum. d. l. ff. et casum nostrū p̄z qz in confesse chirographaria nō adest consensus nisi habeat penam actualiter numeratā eodē modo qñ interponit iuramentū: qz sub eadē spe future numerationis iurat: qd secus est in casu nostro qz semper adest cōsensu salte in genere z hoc sufficit Bald. in. l. j. in. ij. q. C. cōmo. cum contractus sit perfectus ab

